INDEX LECTIONUM

IN

UNIVERSITATE LITTERARUM VRATISLAVIENSI

PER HIEMEM A. MDCCCLXVI

A DIE XV. MENSIS OCTOBRIS

HABENDARUM.

ADIECTA EST EUANGELIORUM QUATTUOR VETUS LATINA INTERPRETATIO EX COD. REHDIGERANO NUNC PRIMUM EDITA. PARTIC. VI.

TYPIS OFFICINAE UNIVERSITATIS (W. FRIEDRICH).

RECTOR ET SENATUS ACADEMICUS
S. P. D. COMMILITONIBUS.

Habetis iam, commilitones, sexta hac particula terminatam euangeliorum interpretationem vetustam, ex codice nostro Rehdigerano nunc primum ita accurate descriptam, ut etiam iis satisfecisse videamur, qui philologica cura veterum librariorum consuetudines, errores, disciplinam, inscitiam persequi voluerint; nam theologis quidem iis, qui graviores quaestiones aliquando diligentius tractaturi erunt, quae sunt de ipsius interpretationis prima origine et aetate et fonte, poterat fortasse etiam brevius satisfieri; nos vero ne illud quidem neglegendum esse existimavimus, quae illius temporis, quo scriptus codex est, in Italia latinitas et scribendi ratio fuerit. Neque enim dubium est, quin ex Italia oriundus sit liber Vratislaviensis, quem cur Verona huc allatum censeamus, diximus pag. 250; Aquileiensem autem eundem certe ante medium saeculum XV. fuisse alibi docebimus. Quod enim superest ut de codicis antiquitate et virtutibus et vitiis ea explicemus, quae nos explicare convenit, id suo tempore facturi sumus securiore quidem quam nunc ut speramus et laetiore animo. Miro enim casu accidit, ut quemadmodum viri duo, qui soli ante nos de hoc codice scripserunt, saeculi dimidii illi intervallo seiuncti, inter bellorum turbas studia haec agitabant, ita nobis quoque transacto iterum dimidio saeculo, quod opus in pace inchoavimus, id gravissimis temporibus finiendum sit. Nam Scheibelius quidem, qui a. 1762 hanc materiam attigit, quo tempore bellum septenne non ad felicem finem vergere sed ob Petri III. interitum et Butii Angli inimicitias ingenti periculo ingravescere videbatur, circaque Suidnicium proelia varia fortuna commissa obsidionisque diuturnae terrores animos suspensos tenebant, mox tamen cum exeunte mense Martio a. 1763 libellum publicavit, multiplicem habuit laetitiae causam; pax enim interea simul et tutissima et gloriosissima Borussorum regno convenerat, quod paulo ante imperatrix Austriaca summa pertinacia evertere studuerat*), et simul Vratislaviensium civitas tum viri laudatissimi J. F. Burgii ob exactos in ecclesiastico munere quinquaginta annos hono-

---

*) Scilicet fatetur Mich. Ign. Schmidt, rerum Germanicarum scriptor Austriacus, vol. XIV., pag. 224, cum Francogalli a. 1761 de pace concilianda agere coepissent, Mariam Theresiam obstinato animo in belli consiliis perstitisse: *„sie konnte sich nicht entschliessen, die Waffen niederzulegen, bevor nicht alles, was sie gegen Preussen im Schilde führte, vollkommen ins Werk gesetzt wäre. Nicht nur Schlesien sollte wieder in ihre Gewalt kommen, sondern auch Friedrich bis in den Zustand eines kleinen, ohnmächtigen Fürsten herabsinken.“*

rem tanto maiore studio celebrabat, quod diei festi solemnitati, quam Scheibelius cum plurimis aliis libro edito ornare studebat*), adiungebatur ex pace nuper parta publica securitas. Pariter Schulzius postquam a. 1813 inter summa rerum nostrarum discrimina plurimis commilitonum nostrorum in militiam profectis totum codicem descripsit, brevi illo magnorum bellorum intervallo, quo paci Parisiis constitutae fides habebatur, dissertationem composuit, qua publicanda regis Friderici Guilielmi III. diem natalem a. 1814 celebrandum indixit raramque temporum felicitatem praedicavit, gestarum rerum insigni gloria laetissimaque spe futuri novi et Borussiae et Germaniae status cumulatam. Nobis vero singulari quadam fortunae iniquitate accidit, ut quod vix credibile videatur, quae mala singula gravissima iure habentur, iis simul coniunctis laboremus, discordia interna et externi cum acerrimis plurimisque hostibus suscepti belli discrimine. Vos igitur, commilitones, quos nobis in hac quieta Musarum militia vel aetas immaturior vel aliqua corporis debilitas aliave causa reliquos adhuc fecit, plurimis sodalium vestrorum militatum digressis, quamvis intellegatis ipsi et multorum undique querelis cognoscatis, quanta sint quamque varia in populo ancipiti malo oppresso incommoda et damna, unum tamen a nobis abesse sentitis, timorem, id quod inimici nostri omnium minime opinantur. Discordiam enim domesticam confidimus regis nostri sapientia et religione partiumque omnium bona voluntate mox sublatum iri, de bello vero, cui et causam subesse iustissimam scimus et praemia proposita plane eximia, Borussiae salutem et gloriam universaeque Germaniae liberaliter et bona fide conciliatam firmiterque constitutam concordiam, nihil magnopere timemus, quippe non inani nobis iactantia blandientes nec contumeliosis in alios vocibus delectati, sed exercitum intuentes nostrum alterum iam emissum, alterum quem illius vicarium adhuc domi retinemus, popularem totum parique nobiscum disciplina et eruditione institutum, diligenter armatum et exercitatum pristinique decoris memorem ac magno animo non praedae aut sanguinis cupidum sed eorum bonorum appetentem, quae nobis omnibus summa ac gloriosa videntur. Quare quamdiu vobis datum est, pergite quod facitis sine timore otio uti academicamque hanc militiam tanta animi tranquillitate continuate, quantam reliquerit rerum gerendarum suspensa expectatio, sedulo caventes, ne cum dedecore studiis vestris totum hoc tempus pereat quod alii gloriosius una cum vita sua patriae impendunt.

Valete.

Dabamus in alma academia Viadrina mense Iunio exeunte a. MDCCCLXVI.

---

*) Quanto tum omnium ordinum ardore dies ille celebratus sit, spisso volumine docuit *C. B. Stieff, Sammlung der Jubelschriften, welche zum Andenken und bey öffentlicher Feyer des am 29sten Tage des Märzmonats 1763 in Bresslau vergnügt erlebten fünfzigjährigen geistlichen Amts-Jubelfestes Sr. Hochwürden Magnificenz, Herrn Joh. Friedr. Burgs — verfertiget und ans Licht gestellet worden sind; nebst einem historischen Vorberichte.* — Bresslau und Leipzig 1764. 4.

ORDO THEOLOGORUM CATHOLICORUM.

IOSEPHUS HENRICUS FRIEDLIEB, Dr. P. P. O. h. t. Dec. Publice I. *De vita Salvatoris* disputabit d. Ven. et Sat. h. x. II. In seminario regio theol. cathol. sodalium *exercitationes in Nov. Test.* moderabitur d. Iov. h. v. et vi. Privatim III. *Introductionem generalem et specialem in Novi Test. libros* dabit dieb. Lun. Mart. Merc. h. v. IV. *Evangelium et epistolas S. Ioannis* explicabit dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. h. x.

IOANNES BAPTISTA BALTZER, Dr. P. P. O. lectiones suo tempore indicabit.

FRANCISCUS ANTONIUS BITTNER, Dr. P. P. O. lectiones suo tempore indicabit.

IOSEPHUS HUBERTUS REINKENS, Dr. P. P. O. Publice I. *Introductionem in historiam ecclesiasticam* docebit d. Ven. h. xi. II. In seminario regio theol. cathol. *exercitationes ad historiam ecclesiasticam pertinentes* moderabitur d. Sat. h. xi. et xii. Privatim III. *De vita, scriptis doctrinaque Patrum et scriptorum ecclesiast.* disputabit dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. h. xi.

FERDINANDUS ATHANASIUS PROBST, Dr. P. P. O. Publice I. *De arte catechetica* disseret d. Lun. et Merc. h. iv. II. *De arte liturgica* disseret d. Mart. et Iov. h. iv. Privatim III. *Theologiae pastoralis partem primam* docebit quotidie h. ix.

HUGO LAEMMER, Dr. P. P. O. Publice I. *In dogmaticen introductionis partem priorem* tradet dieb. Lun. Mart. Merc. h. iii. II. In seminario regio theol. cathol. *exercitationes ad theologiam dogmaticam spectantes* moderabitur d. Ven. h. xi. et xii. Privatim III. *De sacramentis in genere necnon de baptismo, confirmatione, eucharistia ac poenitentia in specie* disputabit dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. Sat. h. xii.

PAULUS FRANCISCUS SCHOLZ, Dr. P. P. E. des. Publice I. *Archaeologiae biblicae partem priorem* tradet d. Lun. et Sat. h. viii. II. In seminario regio theol. cathol. *exercitationes in Vet. Testam.* moderabitur d. Ven. h. x. et xi. Privatim III. *Prophetas minores* interpretabitur dieb. Mart. Merc. Iov. Ven. h. viii.

ORDO THEOLOGORUM EVANGELICORUM.

IULIUS KOESTLIN, Dr. P. P. O. h. t. Dec. Publice I. Seminarii theologici *exercitationes ad theologiam systematicam pertinentes* moderari perget d. Ven. h. III. Privatim II. *Lucae evangelium cum Matthaei et Marci evangeliis comparatum* interpretabitur quinquies per hebd. h. XI. III. *Theologiam Novi Testamenti* tradet quinquies per hebd. h. XII.

HERMANNUS FERDINANDUS REUTER, Dr. P. P. O. Publice I. Seminarii theologici *exercitationes ad historiam ecclesiasticam pertinentes* moderabitur d. Lun. h. v. Privatim II. *Historiam ecclesiae Christianae usque ad saeculi sexti finem* narrabit sexies per hebd. h. x. III. *Historiam dogmatum Christianorum* narrabit sexies per hebd. h. XI.

IULIUS RAEBIGER, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationes* seminarii theologici *in V. T. instituendas* moderari perget d. Sat. h. VIII. et IX. Privatim II. *Iesaiae vaticinia* interpretabitur quinquies per hebd. h. IX. III. *Epistolas ad Corinthios datas* interpretabitur quinquies per hebd. h. x.

EDUARDUS MEUSS, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationibus catecheticis atque homileticis* in seminario practico praeesse perget d. Lun. et Iov. h. III. Privatim II. *Theologiam dogmaticam* tradet sexies per hebd. h. VIII. altero quoque die Sat. adiecta h. IX. III. *Artem homileticam, catecheticam, psychagogicam* docebit quinquies h. IX.

FRIDERICUS GUILELMUS SCHULTZ, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationes seminarii theologici in N. T. interpretando* moderari perget d. Merc. h. v. et VI. II. *Epistolam Pauli ad Galatas datam* interpretabitur d. Sat. h. VIII. et IX. Privatim III. *Introductionem in V. T.* docebit quinquies per hebd. h. VIII. IV. *Psalmos* interpretabitur quinquies per hebd. h. IX.

CHRISTIANUS FRIDERICUS DAVID ERDMANN, Dr. P. P. O. hon. Publice *Historiam ecclesiae evangelicae Silesiacae* narrare perget binis per hebd. horis.

GEORGIUS LUDOVICUS HAHN, Dr. P. P. E. Publice I. *Epistolas Ioannis* interpretabitur d. Sat. h. XI. Privatim II. *Historiae ecclesiasticae partem alteram* enarrabit quotidie h. x. III. *Evangelium Ioannis* interpretabitur quinis dieb. h. XI.

IOANNES THEOPHILUS GUILELMUS HENRICUS RHODE, Dr. Phil., Theol. Lic. Gratis I. *Historiam novissimam ecclesiae Francogallicae et Helveticae* tradet d. Merc. et Sat. h. XII. Privatim II. *Paedagogicen* docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII.

ORDO IURECONSULTORUM.

IULIUS FRIDERICUS HENRICUS ABEGG, Dr. P. P. O. h. t. Dec. Publice I. *De concursu creditorum secundum principia iuris communis et* Borussici disseret d. Ven. et Sat. h. x. II. *Ius criminale* examinando repetet d. Sat. h. xii. Privatim III. *Ordinem iudiciorum publicorum iure communi et Borussico receptum* secundum libri sui: „*Lehrbuch des Criminalprocesses*" inscripti ed. alt, adhibito libro suo: „*Betrachtungen über die Verordnung, das öffentlich-mündliche Verfahren mit Geschwornen in Untersuchungssachen betreffend*", exponet quaternis dieb. h. x. IV. *Ius naturae, quod vocant, sive philosophiam iuris, praemissa huius disciplinae historia* tradet quotidie h. xi.

PHILIPPUS EDUARDUS HUSCHKE, Dr. P. P. O. Publice I. *Ordinem iudiciorum privatorum, quo usi sunt Romani,* exponet dieb. Lun. Merc. Ven. h. xii. Privatim II. *Historiam et institutiones iuris civilis* tradet quotidie h. viii. et ix.

LUDOVICUS GITZLER, Dr. P. P. O. Publice I. *Ius matrimoniorum Catholicorum et Evangelicorum* tradet d. Ven. et Sat. h. ii. Privatim II. *Ius canonicum cum iure ecclesiastico Catholicorum et Evangelicorum* docebit dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. h. ii. III. *Ius civile Borussicum* docebit quotidie h. iii.

IOANNES ERNESTUS OTTO STOBBE, Dr. P. P. O. Publice I. *Speculum Saxonicum* interpretabitur h. def. Privatim II. *Ius Germanicum privatum cum iure feudali* tradet quotidie h. x. et diebus Merc. et Sat. h. xi. III. *Ius commercii, cambiale et maritimum* tradet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. xi.

HERMANNUS IOANNES FRIDERICUS SCHULZE, Dr. P. P. O. Publice I. *Principia iuris publici universalis* exponet d. Merc. h. v. et vi. Privatim II. *Ius publicum Germanicum* docebit quinquies per hebd. h. ix. III. *Encyclopaediam et methodologiam iuris universi* docebit quotidie excepto d. Sat. h. x.

GEORGIUS FRIDERICUS FELIX EBERTY, Dr. P. P. E. des. Publice I. *Historiam iuris criminalis* tradet singulis per hebd. horis. Privatim II. *Ius criminale Borussicum et commune* docebit quotidie excepto d. Sat. h. xii.

FRIDERICUS RIVE, Dr. P. P. E. des. Publice I. *Exercitationes et interpretationes ex fontibus iuris Germanici privati* instituet d. Ven. h. v. et vi. Privatim II. *Historiam imperii et iuris Germanici* enarrabit quotidie excepto d. Sat. h. x. III. *Ius criminale commune et Borussicum* docebit quotidie exc. d. Sat. h. xi. IV. *Ius gentium* tradet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. xii.

HENRICUS ROBERTUS GOEPPERT, Dr. P. P. E. des. Publice I. *Disputationes de locis difficilioribus ex corpore iuris civilis selectis* moderabitur bis per hebd. Privatim II. *Pandectas iuris civilis* tradet quotidie h. viii. et ix. III. *Ius hereditarium* docebit quater per hebd. h. xii.

PETRUS IOSEPHUS MARX, Dr. Gratis I. *Gaii institutionum commentarios quattuor* interpretabitur dieb. Lun. Merc. Iov. h. v. Privatim II. *Pandectas iuris civilis* docebit quotidie h. viii. et ix. III. *Ius hereditarium* exponet quater per hebd. h. iv.

MAXIMILIANUS NEUMANN, Dr. Gratis I. *Historiam processus Germanici civilis*

exponet d. Lun. et Iov. h. IV. Privatim II. *Historiam iuris Germanici* docebit dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. X. III. *Processum civilem secundum praecepta iuris communis et Borussici* tradet dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XI.

ORDO MEDICORUM.

HENRICUS HAESER, Dr. P. P. O. h. t. Dec. Publice I. *Exercitationes pharmacologicas* instituet semel per hebd. Privatim II. *Encyclopaediam et methodologiam medicam* tradet dieb. Lun. Mart. Merc. h. IV. III. *Pharmacologiam* docebit sexies per hebd. h. V. IV. *Historiam medicinae* enarrabit dieb Iov. Ven. Sat. h. IV.

IOANNES CAROLUS LEOPOLDUS BARKOW, Dr. P. P. O. Publice I. *Anatomen foetus* docebit d. Sat. h. II. Privatim II. *Anatomen corporis humani universam* tradet quotidie h. XI. et d. Lun. et Mart. h. XII. III. *Exercitationes anatomico-practicas* moderabitur quotidie h. IX. X. II. III.

HERMANNUS LEBERT, Dr. P. P. O. Publice I. *De morbis syphiliticis* disseret semel per hebd. h. XII. Privatim II. *Clinicum et policlinicum medicum* moderabitur sexies h. X½—XII. III. *Pathologiam et therapiam specialem clinicam* docebit quinquies h. XII.

ALBERTUS THEODORUS MIDDELDORPF, Dr. P. P. O. Publice I. *De luxationibus* disseret d. Sat. h. VIII. Privatim II. *Chirurgiae et doctrinae de operationibus partem II.* tradet quinquies per hebd. h. VIII. III. *Clinicum et policlinicum chirurgico-opthalmiatricum* moderabitur sexies h. IX. et X.

RUDOLPHUS PETRUS HENRICUS HEIDENHAIN, Dr. P. P. O. Publice I. *Opticen physiologicam* docebit d. Merc. h. III. et IV. Privatim II. *Physiologiam functionum vegetativarum* tractabit dieb. Merc. Iov. Ven. Sat. h. XII. III. *Histologiam generalem et specialem* d. Lun. et Mart. h. II. Privatissime IV. *Exercitationes microscopicas et experimentales* in instituto physiologico moderari perget quotidie horis matut. et vespert.

OTTO SPIEGELBERG, Dr. P. P. O. Publice I. *De morbis puerperii* disseret d. Merc. h. V. Privatim II. *Artem obstetriciam* docebit quinquies h. IV. III. *Clinicum et policlinicum obstetricium nec non gynaecologicum* diriget quotidie h. VIII.

GUILELMUS HENRICUS CAROLUS GROSSER, Dr. P. P. E. des. Publice I. *Selecta capita anatomiae chirurgicae* exponet semel per hebd. h. def. Privatim II. *Osteologiam et syndesmologiam* docebit d. Merc. et Iov. h. XII. III. *Anatomiam pathologicam* tradet ter per hebd. h. def.

RICHARDUS FOERSTER, Dr. P. P. E. des. Publice I. *De usu ophthalmoscopii* disseret d. Iov. h. II. Privatim II. *Ophthalmiatricen* tradet dieb. Lun. Mart. Ven. h. II.

HENRICUS NEUMANN, Dr. P. P. E. des. Publice I. *Psychiatricen* docebit bis per hebd. II. *De constructione aedium mente captis dicatarum* disseret.

HENRICUS GUILELMUS GODOFREDUS WALDEYER, Dr. P. P. E. des. Publice I. *Teratologiam* tradet d. Merc. h. III. Privatim II. *Anatomiam pathologicam spe-*

cialem docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. III. III. *Cursum Anatomiae path. practicum* instituet quater h. def. Privatissime IV. *Exercitationes sectionum* moderabitur.

CAROLUS IMMANUEL KLOPSCH, Dr. P. P. E. des. Publice I. *De vulneribus* aget semel per hebd. Privatim II. *De instrumentis chirurgicis* disseret bis per hebd. h. def.

THEOBALDUS BASILIUS PAULUS REYMANN, Dr. Gratis I. *Morbos syphiliticos* explicabit d. Merc. et Sat. h. III. Privatim II. *Therapiam generalem* docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. III.

ARMINIUS IULIUS PAUL, Dr. Privatim *Medicinam forensem* docebit d. Lun. Merc. Ven. h. IV.

GEORGIUS LEWALD, Dr. Gratis I. *Repetitorium circa materiam medicam cum demonstrationibus pharmacologicis* instituet d. Lun. et Iov. h. IV. Privatim II. *Auscultationem et percussionem* docebit d. Mart. et Ven. h. IV.

RAPHAEL FINCKENSTEIN, Dr. Gratis I. *De morbis militum* disseret d. Lun. h. V. II. *Historiam chirurgiae* narrabit d. Merc. et Ven. h. V.

GUILELMUS ALEXANDER FREUND, Dr. Gratis I. *Operationes gynaecologicas* docebit d. Lun. h. V. Privatim II. *De morbis mulierum* disseret *et exercitationes diagnosticas* moderabitur d. Mart. et Iov. h. V.

RUDOLPHUS VOLTOLINI, Dr. Gratis I. *Anatomen organi auditus, quoad morbos eiusdem* docebit d. Lun. h. IV. Privatissime II. *Cursus laryngoscopicum et rhinoscopicum* offert d. Merc. h. III.

LEOPOLDUS AUERBACH, Dr. Privatim *Embryologiam hominis et animalium vertebr.* docebit bis per hebd.

HENRICUS FRIEDBERG, Dr. Gratis I. *De imputatione* disseret semel per hebd. h. def. Privatim II. *Medicinam forensem in usum iuris studiosorum adiunctis demonstrationibus* tradet ter per hebd. h. def.

HENRICUS ROBERTUS GOEPPERT, Dr. P. P. O. Privatim *Pharmacognosiam* docebit D. Merc. et Sat. h. III.

ORDO PHILOSOPHORUM.

FERDINANDUS ROEMER, Dr. P. P. O. h. t. Dec. Publice I. *Historiam naturalem fossilium metallicorum* exponet d. Sat. h. IX. Privatim II. *Geognosiam* docebit quinquies per hebd. h. IX.

PETRUS IOSEPHUS ELVENICH, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationes dialecticas* moderabitur bis per hebd. Privatim II. *Historiam philosophiae recentioris inde a Cartesio* enarrabit quater per hebd. h. IX.

CAROLUS IACOBUS LOEWIG, Dr. P. P. O. Publice I. *De analysi chemica, quam quantitativam vocant*, disseret d. Merc. et Ven. h. XII. Privatim II. *Chemiam anor-*

ganicam docebit et *experimentis* illustrabit senis dieb. h. VIII. III. *Chemiam pharmaceutico-organicam* docebit dieb. Lun. Mart. Iov. h. XII. Privatissime IV. *In laboratorio chemico operam daturis* aderit quinquies per hebd. ab h. IX. usque ad h. XII. et ab h. II. usque ad h. V.

CHRISTOPHILUS IULIUS BRANISS, Dr. P. P. O. Publice I. *De Hegelii systemate* disseret d. Ven. et Sat. h. II. Privatim II. *Psychologiam et logicam* tradet d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. II.

HENRICUS ROBERTUS GOEPPERT, Dr. P. P. O. Privatissime et gratis I. *Exercitationes botanicas et descriptivas et microscopicas* in Museo horti botanici vel Universitatis habebit et inprimis iis non deerit, qui ibi de singulis huius disciplinae partibus eum consulere velint d. Ven. h. XII. aliave hora statuenda. Publice II. *De plantis cryptogamicis* disseret *demonstrationes microscopicas* adhibiturus d. Merc. et Sat. h. XII. III. *De flora primordiali, inprimis de plantis singularum formationum propriis* disseret d. Lun. h. XII. Privatim IV. *Anatomiam et physiologiam plantarum demonstrationibus microscopicis et experimentis illustratam* exhibebit d. Merc. et Sat. h. IV. et d. Sat. h. XI. V. *Pharmacognosiam* tradet d. Merc. et. Sat. h. III.

ADOLPHUS EDUARDUS GRUBE, Dr. P. P. O. Publice I. *Zoologiae partem alteram* docebit d. Ven. h. IV. II. *De animalibus vertebratis Silesiae* disseret d. Sat. h. XII. Privatim III. *Historiam naturalem echinodermatum* exponet d. Mart. et Sat. h. XI. IV. *Exercitationes in animalibus distinguendis et dissecandis* instituet d. Merc. h. XI.

ADOLPHUS FRIDERICUS STENZLER, Dr. P. P. O. Publice I. *Institutiones linguae Sanscritae* continuabit d. Lun. et Iov. h. IV. Privatim II. *Grammaticam comparatam linguarum Indogermanicarum* tradet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. III.

HENRICUS FRIDERICUS HAASE, Dr. P. P. O. Publice I. *Seminarii regii philologici exercitationes* reget d. Merc. h. IX., d. Sat. h. IX. et X. Privatim II. *Encyclopaediam philologicam* exponet quotidie h. VIII. III. *Sophoclis Oedipum Regem* enarrabit *praefatus de poetae vita, ingenio, scriptis* dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX.

IOANNES LUDOVICUS TELLKAMPF, Dr. P. P. O. quod nomine universitatis agendis regni conventibus intererit, scholas hibernis mensibus non habebit.

MAURITIUS LUDOVICUS FRANKENHEIM, Dr. P. P. O. Privatissime et gratis I. In seminario regio mathematico-physico *exercitationes physicas* moderabitur d. Sat. h. XI. et XII. Publice II. *Galvanismi phaenomena* explicabit bis per hebd. h. XI. Privatim III. *Physicen universam* docebit et *experimentis* illustrabit quotidie h. V.

RICHARDUS ROEPELL, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationes seminarii historici* moderari perget. Privatim II. *Historiam reipublicae apud Germanos, Francogallos et Anglos inde ab saeculo XVI* tradet quinquies per hebd.

GUILELMUS IUNKMANN, Dr. P. P. O. Publice I. *Seminarii regii historici exercitationes* reget h. def. II. *Motus civiles Francogallorum inde ab anno* 1789 enarrabit d. Merc. et Sat. h. III. Privatim III. *Historiae medii aevi partem primam* tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. III.

MARTINUS HERTZ, Dr. P. P. O. Publice I. *Proseminarii regii philologici con-*

sessus moderabitur d. Lun. et Iov. h. XI. d. Mart. h. III. Privatim II. *Litterarum Latinarum historiam usque ad Augusti aetatem* enarrabit dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XII.

IOANNES GODOFREDUS GALLE, Dr. P. P. O. Publice I. *Sectiones conicas* explicabit d. Lun. et Iov. h. III. Privatim II. *Astronomiam theoricam* tradet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. Sat. h. IX.

AUGUSTUS ROSSBACH, Dr. P. P. O. Publice I. *Seminarii regii philologici exercitationibus* praeerit d. Lun. et Iov. h. XI. II. *Societatis archaeologicae exercitationes* moderabitur d. Ven. h. III. Privatim III. *Artem metricam Graecorum et Romanorum* docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X. IV. *Mythologiam Graecorum* tradet d. Mart. h. XI. d. Merc. h. X. et XI. d. Ven. h. XI.

ADALBERTUS CYBULSKI, Dr. P. P. O. Publice I. *Antiquissima carmina bohemica, quae „Königinhofer Handschrift“ appellantur,* explicabit d. Merc. et Sat. h. V. Privatim II. *Antiquitates slavicas* tradet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V.

AUGUSTUS SCHMOELDERS, Dr. P. P. O. Publice I. *Linguae Arabicae grammaticam* tradet dieb. Lun. Merc. Iov. h. II. II. *Haririum* auditoribus exercitatioribus explicabit d. Mart. et Ven. h. II. III. *Institutiones Syriacas* continuabit d. Lun. et Iov. h. III. IV. *Spiegelii chrestomathiam Persicam* pertractabit d. Mart. et Ven. h. III.

HENRICUS EDUARDUS SCHROETER, Dr. P. P. O. Privatissime et gratis I. *Exercitationes mathematicas in seminario physico-mathematico* moderari perget semel per hebd. h. def. Publice II. *De seriebus, quas dicunt, Fourieranis* disseret d. Merc. et Sat. h. X. Privatim III. *Theoriam generalem superficierum et linearum duplicis curvaturae* explicabit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X.

CAROLUS NEUMANN, Dr. P. P. O. des. Publice I. *Geographiae generalis partem priorem* tradet ter per hebd. Privatim II. *Historiam Alexandri M. regnorumque Macedonicorum* enarrabit quater per hebd.

OSCARUS AEMILIUS MEYER, Dr. P. P. O. Privatissime et gratis I. *Exercitationes seminarii physico-mathematici* dirigere perget d. Merc. h. XII. Publice II. *Analysis sublimioris capita selecta* tradet d. Lun. et Iov. h. XII. Privatim III. *Physices mathematicae partem alteram* exponet quinis lectionibus h. XI.

HENRICUS RUECKERT, Dr. P. P. E. des. Publice I. *Exercitationes societatis germanisticae* more sueto moderabitur h. def. Privatim II. *Grammaticam linguae Germanicae* tradet dieb. Lun. Mart. Iov. h. III. III. *Selecta capita Gothica* interpretabitur et interpretanda curabit d. Merc. et Sat. h. II.

EDUARDUS MAGNUS, Dr. P. P. E. des. Publice I. *Scriptores Arabicos* explicare perget ter per hebd. h. def. Privatim II. *Grammaticam linguae Syriacae* explicabit ter per hebd. h. def. III. *Grammaticam linguae Hebraicae* docebit quinquies per hebd. h. III.

FERDINANDUS IULIUS COHN, Dr. P. P. E. des. Publice I. *Historiam plantarum cultarum* illustrabit d. Merc. h. VI. Privatim II. *Historiam plantarum cryptogamicarum* exponet ter per hebd. h. def. III. *Anatomiam et physiologiam plantarum* docebit dieb. Lun. Mart. Ven. h. VI. *et exercitationibus microscopicis* illustrabit h. def.

CAROLUS IULIUS BERGIUS, Dr. P. P. E. des. Publice I. *De debitis publicis* disseret d. Merc. h. III. Privatim II. *Oeconomiam politicam* docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. III.

ARMINIUS MARBACH, Dr. P. P. E. des. Privatim *Physicen* docebit et *experimentis* illustrabit quotidie h. V.

GUSTAVUS GUILELMUS KOERBER, Dr. Privatim *Historiam naturae quam dicunt generalem* tradet quinquies per hebd. h. VI. vesp.

GUSTAVUS FRIDERICUS GUILELMUS SUCKOW, Dr. Gratis *Platonis Protagoram* interpretari sibi proposuit bis per hebd. h. def.

IMMANUEL OGINSKI, Dr. Gratis I. *Philosophiae encyclopaediam* docebit d. Lun. et Mart. h. XII. Privatim II. *Paedagogices systema* instituet dieb. Merc. Iov. Ven. h. XII. III. *Qualis vita sit voti sui non compos* exponet d. Sat. h. XII.

FRIDERICUS HERMANNUS BERTHOLDUS RUMPELT, Dr. Gratis *De nonnullis difficilioribus grammaticae theotiscae partibus* disseret bis per hebd. h. def.

FRIDERICUS GUILELMUS PFEIFFER, Dr. Gratis *Antiquae poësis Germanicae historiam* tradet d. Merc. et Sat. h. IV.

RICHARDUS COLMARUS GRUENHAGEN, Dr. scholas non habebit.

MAXIMILIANUS THEODORUS KAROW, Dr. Gratis I. *De serie et complexu fabularum auctoritate gravissimarum medii aevi* disseret bis per hebd. h. def. II. *Monumenta linguarum Romanensium veteriora* interpretabitur bis per hebd. h. def. III. *Praefatus de Machiavelli vita, ingenio, scriptis librum „Il principe" inscriptum* explanabit bis per hebd. h. def. IV. *Linguae Daco-Romanensis sive Valachicae institutiones* tradet *selectaque et scriptorum et poetarum capita intellectu faciliora ac potissimum carmina, quae in ore populi sunt,* explicabit, *adumbratione historiae terrarum principalium Danubii inferioris praemissa* bis per hebd. h. def. V. *Grammaticam Hispaniensem paucis complexus fabulam Cervantis Romanensem „Don Quijote" inscriptam* interpretabitur bis per hebd. h. def.

CAROLUS ALBERTUS SCHERNER, Dr. Gratis *Shakespearii tragoediam „Hamlet" ex parte psychologica* explicabit semel per hebd.

PAULUS GUSTAVUS HENRICUS BACHMANN, Dr. Privatim I. *Elementa calculi differentialis et integralis* tradet quater per hebd. h. def. II. *De functionibus, quae variabili complexa componuntur,* disseret ter per hebd. h. def.

SIEGFRIEDUS FRIEDLAENDER, Dr. Gratis I. *Stoechiometriam* docebit semel per hebd. Privatim II. *Toxicologiam* tradet bis per hebd. III. *Technologiae chemicae partem I.* docebit bis per hebd.

MARTINUS WEBSKY, Dr. Gratis I. *De quibusdam mineralibus crystallorum forma insignibus* disseret d. Mart. h. III. Privatim II. *Crystallographiam* docebit dieb. Mart. Iov. Ven. Sat. h. XII.

EXPEDITUS BAUMGART, Dr. Gratis I. *Artis harmonicae partem priorem* docebit d. Merc. et Sat. h. II. II. *Artem organo canendi* docebit d. Lun. et Iov. h. V.

IULIUS SCHAEFFER, Dir. Gratis I. *Artem pluribus vocibus concinendi* docebit d. Sat. h. III. II. *De S. Bachii ratione cantum choralem (evangelicorum) tractandi* disseret.

LECTORES LINGUARUM.

AUGUSTUS THEODORUS PEUCKER, Dr. Gratis I. *Grammaticam linguae graecae vulgaris* docebit d. Merc. et Sat. h. II. II. *Carmina popularia Graecorum recentiorum selecta* interpretabitur d. Mart. et Ven. h. XI. Privatim III. *Grammaticam linguae italicae* docebit et *italice loquendi exercitationes* instituet d. Merc. et Sat. h. III.

ARMINIUS EDMUNDUS OTTOMARUS BEHNSCH, Dr. Gratis I. *Shakespearii poemata lyrica* explicabit d. Mart. h. V. II. *Exercitationes anglice scribendi* moderabitur d. Ven. h. V. Privatim III. *Elementa linguae Anglicae* tradet d. Mart. et Ven. h. IV.

IOANNES NICOLAUS FRITZ, Lect. Gratis I. *Linguae Polonicae grammaticam* docebit *atque exercitationes voce et litteris vertendi* instituet duce libello suo, in quo linguae Polonicae elementa traduntur, bis per hebd. II. *Cum commilitonibus librum aliquem Polonicum* leget et interpretabitur semel per hebd. h. def.

CAROLUS FRANCISCUS LUDOVICUS DANIEL FREYMOND, Lect. Publice I. *Historiam,* cui auctor *Mignet* titulum dedit: „*Antonio Perez et Philippe II.*“ leget et explicabit d. Merc. h. V. Privatim II. *Grammaticam linguae franco-gallicae* docebit binis horis def. Privatissime III. *Libri quem Fridericus Kreyssig de franco-gallicarum litterarum historia scripsit partem eam interpretabitur, qua agitur de saeculis XIV. et XV.* binis horis defin.

VINCENTIUS KRAIŃSKI, Dr., Lector hon. Gratis I. *Linguam Polonicam* docebit bis per hebd. II. *Linguam Russicam* docebit bis per hebd. III. *Litteraturam Polonicam* explicabit bis per hebd. IV. *Litteraturam Slavicam* explicabit bis per hebd. V. *Eloquentiam Polonicam* tradet bis per hebd.

Artem vel graphide delineandi vel penicillo imitandi docebit *Siegert*, rerum, quae ad physica pertinent, delineandarum artem *Assmann*, taxidermiam *Tiemann*, artem equitandi *Preusse*, batuendi *Pfeifer*.

Bibliothecae Academicae lecturis patebunt diebus Lun. Merc. Iov. Sat. h. II. et III., libros petituris et reddituris dieb. Mart. Merc. Ven. Sat. hor. XI. Leges indicat scheda in cenaculo studiis dicato proposita. Bibliotheca Studiosorum propria patebit dieb. Mart. Merc. Ven. Sat. ab h. II. usque ad h. V. Reliquae huius urbis bibliothecae, Rehdigerana cum Burgiana consociata, item ea, quae fuit ad aedem S. Bernardi, denique tertia, quae ad aedem S. Mariae Magdalenae fuit, in novam curiam translatae quotidie patebunt ab hora X. ad h. II.

Collectiones rerum et instrumentorum ad physicam, astronomiam, anatomen, physiologiam, zoologiam, mineralogiam pertinentium, laboratorium chemicum, artis et antiquitatum Museum et pinacotheca inspiciendi venia suo loco et tempore impetrata monstrabuntur. Hortus botanicus diebus omnibus praeter dominicos patebit: iis rei herbariae studiosis, qui per hiemem plantarum hibernacula in hortis posita adire cupiverint, certis horis eius rei ab hortorum directore potestas fiet.

Ordinis ev. theol. commilitonibus secundum statuta stipendii Caussiani nuntiatur, proximo semestri hiberno exeunte praemia ex hoc stipendio proposita legitime petentibus distributum iri. Qua de re suo tempore ordo theol. evang. maxime reverendus certiores eos faciet litteris ad valvas publicas affigendis.

in omnibus gen
tibus.
Et hierusalem
calcauitur· a na
tionibus· donec
impleantur tē
pora *g*entium
CCLVII.
25 Et erunt signa
in sole et luna
et *ste*llis. et in
terris. praessu
ra gentium·
prae confusione
soni*t*us maris·
26 et fluctuum ares
centibus homi
nibus prae ti
more· et expec*ta*
ti*one* quae su
per uenie(n)t

uniuerso orbi·
nam uirtutes in
caelo mobebun
tur.
CCLVIII.
[Et]
27 Tunc uidebunt
filium hominis
uenientem in nu
bibus caeli· cum
potestate et maies
tate magna·
28 His autem incipiē
tibus fieri res
pirabitis·
Et eleuabitis ca
pita uestra qnm
adpropiauit re
demptio uestra
29 **Et dixit illis simi**
litudinem
Uidete ficulneā

Luc. CCLVII. CCLVIII. Mat. CCLVIII. CCLVIIII. Mar. CCL. CCLI. Joh.

Et o[m]nes arbores
30 cum produ
cunt· iam ex se·
fructum· scitis
quoniam prope
est aestas.
31 Ita et cum uide
ritis haec fieri.
scitote quoniā
prope est regnū
di·
32 Amen dico uobis
quia non praete
ribit generatio
(ni) haec. donec
haec omnia fiant
33 Caelum et terra
transibunt· uer
ba autem mea
non transient

CCLVIIII.
34 Adtendite uobis
ne forte grauen
tur· corda uestra
in crapula et ebrie
tate· et cogita
tionibus saeculari
bus· et superue
niat in uos.
Repentina dies
35 illa· tamquam
[enim]
laqueus super
uenie(n)t in omnes
qui sedent su
per faciem omnis
terrae
36 **Uigilate itaque**
omni tempore
orantes ut digni
habeamini effu
gere ista omnia

Luc. CCLVIIII. Mat. Mar. Joh.

quae futura sunt.
et stabitis· ante
ante filium homi
37 nis. erat autē (in)
// // // // die[b:] docens
in templo·
Noctibus uero
exiens· (a)u(o)[a]ca
batur in mon
tibus olineti.
38 Et omnis populus
ma(g)ni(fi)cabat
ad eum in tē
plo audire
eum.
CCLX.
22, 1 **Adpropiauit au**
tem dies azimo
rum festus qui
dicitur pascha
CCLXI.
2 Et quaerebant

principes sacer
dotum et scribae.
quo modo ihm
interficerent
timebant enim
populum ne la
pidarentur·
CCLXII.
3 Intrauit autē
[a]stanas in iudā
qui cognomina
tur scariotha·
CCLXII.
unus de duo[de]cim
4 et locutus est
cum principibꝗ
sacerdotum et
scribis· quemad
modum illum
traderet.
5 Et pacti sunt pae
[a]
cuniam illi dari.

Luc. CCLX. CCLXI. CCLXII. CCLXIII. Mat. CCLXXIIII. CCXX. CCLXXVIIII. Mar. CLIII. CXXVIIII. CLX. Joh. XX. LXXVII. CXIII.

6 Et quaerebat opor
tunitatem. ut
traderet illū
sine turba eis
7 Uenit autem dies
pascae· in qua
necesse erat in
molari pascha
8 et misit petrū
et iohannem
dicens.
Euntes parate
nobis pascha ut
manducemus
9 at illi dixerunt
ubi uis paremus. (·:·)
10 Et dixit ad illos
ecce introeun
tibus· uobis in ci
uitatem· occurret

uobis homo· a(n)[m]
phoram aquae
portans· sequi
mini eum in do
mum in qua intrat
11 Et dicetis patri
familiae
Dicit tibi magister·
ubi est locus
ubi pascha cum
discipulis meis
manducem. (·:·)
12 et ille uobis os
tendet· et in
superioribus
magnum stra
tum parate·
13 Euntes autem
inuenerunt
sicut dixit illis

Luc. Mat. Mar. Joh.

21, 24. *gentium* corr. ex *centium* fort. pr. m. 25. *stellis* quid fuerit non reperio; *sonitus* videtur fuisse *sonibus*.
22, 3. *duodecim* corr. pr. m.

et parauerunt
pascha.
14 Et cum facta es
set hora discubuit
et apostoli cū illo
CCLXIIII.
15 et ait illis.
desiderio desi
daraui· hoc pas
cha manducare
uobiscum· ante
quam patiar
CCLXV.
16 dico enim uobis
ex hoc non (mān)
manducabo illu^{d}(t)
donec impleatur
in regno dī.
CCLXVII.
17 et accepto cali
ce· gratias egit
et dixit.
accipite hoc· et

diuidete inter uos
18 dico uobis. quod
non bibam de ge
neratione uitis.
donec regnū
dī ueniat.
19 et accepto pane
grratias egit et
fregit et dedit
illis dicens. hoc
est corpus meū
CCLXVIII.
21 Uerum tamen
ecce manus tra
dentis me· mecū
in mensam.
22 et quidem filius
hominis. secun
dum quod prae
scribtum est de
eo uadit. uerū

Luc. CCLXIIII. CCLXV. Mat. CCLXXXV. Mar. CXLVI. CXLVI. Joh.
CCLXVII. CCLXVIII. CCLXXXVI. CCLXXXI. CXLVI.

tamen· uae illi
homini· per
quem traditur
CCLXVIIII.
23 Et ipsi conquire
bant inter se
quis esset hoc
facturus.
CCLXX.
24 Facta est autē
contentio in
ter eos. quis eo
rum· uideretur
esse maior
25 Dixit autem
eis ihs̄
Reges gentium
dominantur
eorum. et benig
ni uocantur
26 Uos autem
non sic

sed qui maior
est in uobis· fi
at sicut minor
Et qui primus
est· fiat sicut
minister.
CCLXXI.
27 Quis enim ma
ior est· qui re
cumbit· aut qui
ministrat (·:·)
In gentibus qui
dem qui recumbit
In uobis autem
non sic. sed qui
ministrat
Ego autem in me
dio uestrum
sum· sicut mi
nistrans
28 Uos autem estis

Luc. CCXLVIIII. CCLXX. Mat. CCLXXX. CCIII. Mar. CLXII. Joh. CXCVII.
CCLXXI. CXIIII. CCLXXXVIIII.

qui permansis
tis mecum in tē
tationibus meis
29 et e^{g}o quidem
dispono uobis
sicut disposuit
mihi pater meus
regnum
30 ut edatis et bi
batis super mē
sam meam in reg
CCLXXII.
no. et sedeatis
super duodecī
sedes iudican
tes duodecim
tribus isl̄.
CCLXXIII.
31 Ait autem dns̄
petro
Simon ecce sata
nas expetiuit

. . uos uentilet
sicut triticum
32 ego autem rogaui
pro te ne deficiat
fides tua
CCLXXIIII.
Et tu aliquando con
uersus· confirma
fratres tuos
et orate
ne intretis in
temptatione^{m}
33 dixit autem ei
petrus.
CCLXXIIII.
Dnē tecum paratus
sum et in carce
re et in morte ire
34 Et ille dixit
dico tibi petre
non cantauit hodie
gallus denec

Luc. CCLXXII. CCLXXIII. Mat. CXCVII. Mar. CLXX. Joh. CCXXVIIII.
CCLXXIIII. CCLXXV. CCLXXXVIIII. CXXVI.

tu me abneg . .
ter nosse.
CCLXXVI.
35 **Et dixit eis.**
quando misi uos
sine sacculo et pe
ra· et sine calcia
mentis. numquid
aliquid defuit uo
36 bis· (·:·) ad illi dixe
runt nihil.
dixit ergo iterū·
nunc qui habet
sacculum· tol
lat similiter et
peram.
et qui non habet
uendat tunicā
suam· et emat
gladium·
CCLXXVII.
37 dico enim uobis

qnm̄ adhuc· hoc
quod scribtū
est· oportet
inpleri in me
quod et cum in
iustis deputa
tus est
Et de me quae
scribta sunt
finem habent.
CCLXXVIII.
38 at ille dixit ei·
dnē· ecce gladii
duo hic
et ille respondens
dixit ei· sufficit·
CCLXXVIIII.
39 **Et egressus ibat**
secundum con
suetudinem suā
in montem olíueti
Secuti sunt autē

Luc. CCLXXXVI. CCLXXXVII. Mat. CCXCI. Mar. CCXVI. Joh. CLVI.
CCLXXXVIII. CCLXXXVIIII. CCLXXII.

22, 15. *desidaraui,* 17. *diu:dete,* 34. *denec* non corr. Versus 20 totus deest cum parte v. 19.
25. supra *g* litteram in v. *benigni* stilo adumbrata est *f* littera, ut videatur librarius corrigere voluisse *benefici.* Folii 239 de margine superiore medio aliqua pars periit, cum qua absumpta videtur v. 31 vox *ut* ante *uos,* et in v. 34 verbi *abneges* litteræ postremæ.

illum· et discipu
li eius.
CCLXXX.
40 Et cum peruenis
set ad locum dixit.
Orate· ne intre
tis in temptatio
nem.
CCLXXXI.
41 et ipse recessit
ab eis· quantū
iactus lapidis.
et positis genib:
42 orabat dicens
CCLXXXII.
Pater si fieri po
test· transeat
a me calix iste
Uerum tamen
non quod ego uo
lo· sed quod tu.
CCLXXXIII.
43 apparuit autē
illi angelus de

caelo conforti
ans(t) eum·
44 et factum est cū
in agon^{i}a esset
prolixius orabat
et factum est su
dor eius. sicut gut
tae sanguinis· de
currentes in terrā
CCLXXXIIII.
45 et cum surrexis
set ab oratione
et uenisset. inue
nit illos dormiē
tes prae tristi
46 tia· et ait illis
Quid dormitis. (∴)
surgite et orate
ne intretis in tē
ptationem
47 adhuc eo loquente

Luc. CCLXXX. CCLXXXI. CCLXXXII. CCLXXXIII. CCLXXXIIII. Mat. CCXCVI. CCXCVII. CCXCV. CCXCVI. Mar. CLVII. CLXXV. CLXXVI. CLXXVII. Joh.

ecce iudas scarioth
antecedeba^{t} tur
ba^{m}. et adpropians
osculatus est ihm
CCLXXXIII.
ihs
48 dixit autem iudas
osculo tradidisti
filium hominis· (∴)
CCLXXXVII.
49 Quod cum uiderent
discipuli dixerunt.
percutiemus in
gladio.
50 Et unus ex his· am
putauit auriculā
dextram seruū
sacerdotis
51 Ait ihs· sine·
sic implebuntur
scribturae.
CCLXXXVIII.
52 Et dixit ad turbas
quasi ad latronē

existis· cum gla
di // // is et fustib:
conprehendere me.
53 cottidie uobiscū
eram in templo
et non tenuistis me.
Sed haec est ho
ra uestra et po
testa^{s}(tem) tene
brarum· et
extendens ma
num suam· tetigit
auriculam eius
dextram cui fue
rat amputat^{a}(ū).
et reintegrata
est auricula eius
CCXC.
54 et conprehen
sum illum duxe
runt in domum

Luc. CCLXXXIII. CCLXXXVII. CCLXXXVIII. Mat. CCCI. CCCII. CCCIII. Mar. CLXXXII. CLXXXIII. CLXXXIIII. Joh. CXL. CLXX.

principis sacer
dotum.
CCXCI.
Petrus uero a lō
ge· sequebatur
illum.
55 Accenso autem ig
ni in medio atrio
et circum seden
tibus· sedebat
et petrus in me
dio eorum.
56 quem ut uidit· an
cella sedentē
ad lumen· intu
ens illum dixit.
et hic de eis est
et cum ipso erat
semper.
57 at ille negauit dicens
mulier· non noui illū

CCXCII.
58 Et iterum post
pusillum· uidens
eum· alius dixit·
homo· et tu cum
illo eras semper
qui respondit·
non sum ego.
59 Et intervallo fac
to horae unius·
alius contendens
dixit.
Uere et hic cum
illo erat· nam et
galilaeus est.
60 Et ait petrus·
homo nescio //
quid dicas
Et continuo illo loq̌ē
te gallus cantauit.
CCXCIII.
61 Et conuersus dns

Luc. CCXCI. CCXCII. CCXCIII. Mat. CCCXIIII. CCCXV. CCCXVI. Mar. CXCV. CXCVI. CXCVII. Joh. CLXVIII. CLXXV.

respexit petrū
et rememoratus
est petrus uer
bum dn̄i· sicut di
xit illi priusquā
gallus cantet· ter
me negabis ho
62 die nosse *et egressus foras pe trus fleuit amare;*
CCXCIIII.
63 **Et uiri qui tene**
bant illum· inlu
debant eum·
64 et ligauerunt eū
et percutiebant
eum.
et interrogabant
eum dicentes
prophetiza no
bis xpe· quis est
qui te percussit (∴)
65 et alia multa.

blasphemantes
dicebant ad eum
CCXCV.
66 Et ut factus est
dies· conuenit
presbiterium
plebis· et princi
pes sacerdotum
et scribae· et du
xerunt illum in
concilium suum
Et interrogabant
eum dicentes
Si tu es xps dic nobis
CCXCVI.
67 Et ait illis.
Si uobis dixero
non creditis mihi
68 et si interroga
uero· non respō
detis mihi· neq;
dimittetis me

Luc. CCXCIIII. CCXCV. CCXCVI. Mat. CCXIII. CCCXVII. Mar. CXCIIII. CXCVIII. Joh. CLXXII. | M.

22, 43. ante lineam ultimam *t* litteram stilo adumbrauit librarius fortasse ut eo signo commonefaceret se de *t* littera in eadem linea temere posita, quam postea delevit.
47. *antecedebat* corr. pr. m. *turbam* m. sec.
Folio 241. rursus imago inter numeros synopticos media exsecta est sine damno numerorum, nisi quod in pagina versa de Marci numeris prior *C* littera bis pæne tota absumpta est.

CCXCVII.
69 Ex hoc autem
erit filius homi
nis sedens ad dex
tris uirtutis
CCXCVIII.
70 Et dixerunt omnes
tu ergo es filius dī (∴)
Ait autem illis
uos dicitis quod
ego sum
CCXCVIIII.
71 At illi dixerunt
quid adhuc desi
deramus testi
monium (∴)
Audiuimus enī
de ore ipsius
CCC.
23, 1 Exsurgens autē
omnis multitu
do illorum duxe
runt eum ad pi
latum.

CCCI.
2 Coeperunt autē
c
a(d)cusare illū
dicentes·
Hunc inuenimus
subuertentem
plebem nostram
et soluentem le
gem nostram
et prophetas
Et prohibentē
tributa dari cęsari
et dicente^m se
r
x(R)m regem esse
iudaeorum
CCCII.
3. **Pilatus autem**
audiens inter^ro ga
uit illum dicens
tu es rex iudęorū (∴)
at ille respondens ait
CCCIII.
4 Tu dicis· ait autē

Luc. CCXCVII. CCXCVIII. CCXCVIIII. CCC. CCCI. CCCII. CCCIII. Mat. CCCX. CCCXII. CCCXVIII. CCCXX. Mar. CXCI. CXCIII. CXCVIIII. CC. Joh. LXVIIII LXXVI. LXXVII. CXC.

pilatus ad prin
cipes sacerdo
tum et turbas·
Nihil inuenio cau
æ
sā in hoc homine
CCCV.
5 At illi inualesce
bant dicentes
commouet popu
lum per uniuer
sam iudeam inci
piens a galilęa
u
usque h(o)c.
6 pilatus audiens
galilaeam inter
rogauit si a ga
lilęa esset
7 Et ut cognouit
quod de hero
dis potestate
est misit illum

ad herodem qui
erat hierosolymā
illis diebus
8 Herodes autem
uiso ihu gauisus
ualde· erat enim
cupiens illum
uidere· iam ex mul
to tempore· eo ǭod
audiret multa
de illo et spera
bat aliquod sig
num fieri de eo
uel uidere
9 Interrogabat
autem illum
multis sermo
nibus
At ipse nihil
illi respon

Luc. CCCIIII. Mat. Mar. Joh.

debat
10 Stabant etiam
principes sacer
dotum et scribę
constanter accu
santes eum
CCCVI.
11 Spreuit autem
illum herodis
cum exercitu(o)
suo et inlusit·
Indutum illum
u
ueste(m) al(i)a(m)
remisit ad pilatū
12 **Tunc amici facti**
sunt herodes
et pilatus ipsa die
nam antea ini
mici fuerant
ad inuicem
CCCVII.
13 Pilatus autem

conuocatis prin
cipibus sacerdo
tum et magis
tratibus plebis
14 dixit ad illos.
Optulistis mihi
hunc hominem
quasi auerten
tem populum
et ecce ego corā
uobis interrogans
nullam causam
inuenio in homi
ne(ṁ) ex his qui
bus eum
CCCVIII.
15 accusatis. | Sed
neque herodes·
uos
Nam remisi ad illū
et ecce nihil dignū
morte(ṁ) inuenit

Luc. CCCVI. CCCVII. CCCVIII. Mat. Marc. Joh. CLXXXII.

egisse illum
CCCVIIII.
16 Emendatum er
go illum dimittā
17 Necesse autem
habebat dimitte
re eis per diē
festum unum
quemcumq: uolu
isset populus
CCV.
18 Exclamauit autē
simul uniuersa
turba dicens
h
Tolle (n)unc et di
mitte nobis
baraban
19 qui erat propter
seditionem quâ
dam factam in ci
uitatem et homi
cidium missus

in carcerem
CCCXI.
20 Iterum autem
pilatus locutus
ad illos uolens
dimittere ihm
21 At illi su(a)cclama
bant dicentes
crucifige eum
CCCXII.
22 Ille autem tertio
dixit ad illos
i
quid enim mal(e)
fecit iste (∴)
Nullam enim cau
sam mortis in
uenio in illum
Caesum ergo illū
dimittam.
23 Necesse autē
illum habebat
CCCXIII.
Quia illi(s) uocib:

Luc. CCCVIIII. CCCV. CCCXI. CCCXII. Mat. CCCXXII. CCCXXV. CCCXXVI. Mar. CCII. CCCXVII. Joh. CLXXXVII. CLXXXVIII. CLXXX . . .

Ante hoc fol. 242 in cod. male posita sunt septem folia, quæ in eo nunc prima de euangelio Johannis supersunt; ea ego infra in suum locum restitui. Præterea sciendum est codicem olim diuturno situ ac madore sub finem male habitum maxime margines superiores laesos et corruptos habere vel scriptura extincta vel etiam absumptis membranæ partibus, quas bibliopegus adglutinatis chartis ita imperite supplevit, ut scripturae integrae aliquam partem obtegeret. Ego deinceps quæ sunt eiusmodi damna non enarrabo nisi ubi aliqua de scriptura dubitatio est.

23, 3. *interrogauit* corr pr. m. 11. *aliam* pr. m. *alua* sec. m. *albu* tertia m. quæ stilo *b* litteram supra posuit.
15. lineam ante *Sed* interposuit m. rec. 21. Videtur pr. m. scripsisse *At illis uae clamabant.*

magnis postula
bant ut crucifi
geretur· et inua
lescebant uo
ces eorum
CCCXIIII.
24 Et pilatus adiu
dicauit fieri
petitionem ip
sorum
25 Dimisit autem
illis eum qui prop
ter homicidiū
e
et siditionem
missus fuerat
in carcerem
Ihm ergo tradi
dit uoluntati
eorum·
Susceperunt
ergo ihm (et)

et portans crucē
ducebatur
CCCXV.
26 Et cum duceretur
simonem quen
dam cyrenen
sem· uenientē
de uilla adprae
henderunt
et inposuerunt
illi cruce[m] porta
re post ihm.
CCCXVI.
27 Sequebatur etiā
illum multitu
do populi et mu
lierum quae plā
gebant et lamē
tabant
28 Conuersus autē
ad illas dixit ihs
Filiae istrahelitę

Luc. CCCXIIII. CCCXV. CCCXVI. Mat. CCCXXIIII. CCCXXXI. Mar. CCVI. CCVIII. Joh. CXCVI. CXXVII.

Nolite flere me
Sed ipsas uos fle
te et filios uestros
29 quoniam uenient
dies in quibus
dicent· beatae
sterilis quae nō
pepererunt
et ubera quae
non nutrierunt
30 tunc incipient
dicere monti
bus cadete su
per nos.
et collibus operi
te nos
31 quia si in [h]umido
ligno· haec fece
runt· in arido·
quid facient. (∵)

CCCXVII.
32 Ducebantur au
tem· et alii duo
latrones cum eo
ioathas et mag
gatras ut cruci
figerentur.
CCCXVIII.
33 Et postquam ue
nerunt in locum
qu[i](ȧė) uocatur
i
caluariae· (u)bi
eum crucifixe
runt.
CCCXVIIII.
Et latrones· unū
in dextram· et
m
aliu(ṡ) in sinistrā
CCCXX.
34 Ihs autem dicebat
Pater dimitte
illis ignorant enī
quid faciant
CCCXXI.
Diuidentes etiā

Luc. CCCXVII. CCCXVIII. CCCXVIIII. CCCXX. CCCXXI. Mat. CCCXXX. CCCXXXII. CCCIIII. Mar. CCXV. CCX. CCXVI. CCXII. Joh. CXCVIII. CXCVII. CXCVIII. CC.

uestimenta eius
mittebant sortes
35 Et stabat popu
lus expectans
CCCXXII.
Et deridebant illū
principes sacer
dotum
Alios saluos fecit.
nunc se ipsum
saluum faciat
p
si est hic x(R)s filius
dī electus
CCCXXIII.
36 Deludebant autē
illum et milites
accedentes (accdē
tes). et acetum
offerebant illi
37 dicentes [si] tu es
rex iudaeorum
libera te

CCCXXIIII.
38 **Erat autem super**
scribtio scribta
super illum· litte
ris grecis et la
tinis et hebreis
Hic est ihs rex
iudaeorum
CCCXXV.
39 Unus etiam de
pendentibus
blasphemaba(n)t
illum.
Qui destruebas
templum et in
tribus diebus
reaedificabas illū
saluum te fac nunc
et descende de
cruce
CCCXXVI.
40 Respondens autē
alter increpabat

Luc. CCCXXII. CCCXXIII. CCCXXIIII. CCCXXV. CCCXXVI. Mat. CCCXXXVI. CCCXLII. CCCXXXV. CCCXXXVIII. Mar. CCXCII. CCXXII. CCXIIII. CCXVIIII. Joh.

illum dicens
Nec times dm̄ q̆od
in eadem damnatio
ne(ṁ) es·
41 Et nos quidem ius
te digna factis
nostris recipi
mus.
Hic uero nihil
mali fecit.
42 Et dicebat ad ihm
dne. memor esto
mei cum ueneris
in regnum tuum
43 Et dixit illi ihs
amen dico tibi
hodie mecum
o
eris in paradis(ū)
patris
CCCXXVII.
44 Et erat fere hora

sexta et tene
brae factae sunt
in uniuersam ter
ram· usque ho
ram nonam
CCCXXVIII.
45 Et obscuratus
est sol· et uelū
templi scissum est
medium.
CCCXXXVIII.
46 Et exclamauit uoce
magna ihs
pater in manus
tuas commendo
spm meum
Et hoc dicens
e
(o)misit spm
CCCXXX.
47 **Uidens autem**
Centurio et qui
cum eo erant
quod fiebat

Luc. CCCXXVII. CCCXXVIII. CCCXXVIIII. CCCXXX. Mat. CCCXL. CCCXLIIII. CCCXLIII. CCCXLVI. Mar. CCXXIIII. CCXXIIII. CCXLVI. Joha. CCIIII.

23. *istrah.* et 29. *sterilis* non corr.
35. 36. Numeri ad hos versus adscripti fuerant CCCXXI et CCCXXII, emendati colore rubro subnigro nescio qua manu.

magnificabant
dm̄ dicentes ue
re hic homo ius
tus erat.
CCCXXXI.
48 Et omnis turba
qui simul aderant
ad spectaculum
istum qui uide
bant quae fie
bant percutien
tes pectora sua
reuerteban
tur
49 Stabant autem
omnes noti eius
a longe. et mulie
res quae secutę
erant illum a ga
lilea(e) haec
uidentes

CCCXXXII.
50 . . . . . uir nomine
ioseph qui erat
decurio bonus
51 et iustus. hic nō
consenserat
concilio et actib:
eorum
ab arimathia ciui
tate iudeae qui
expectabat
regnum dī
52 Hic accessit ad pi
latum et petit
corpus ihu
CCCXXXIII.
53 Et depositum in
uoluit in sindonē
et posuit eum
in monumento
exciso· in quo
nondum positus

Luc. CCCXXXI. CCCXXXII. CCCXXXIII. Mat. CCCXLVIII. CCCXLVIIII. Mar. CCXXVII. CCCXXVII. Joh. CCVI. CCVIII.

erat quisquā
ibi sepelierunt
54 corpus ihu *et dies erat parasceues· et sabbatū inluciscebat;*
55 *hp* *Subsecutæ autē mulieres quae cū ipso uenerant de galilea·*
CCCXXXV.
56 Et reuertentes *uiderunt monumentū et queādmodum positum erat corpus eius· hd*
parauerunt aro
mata et ungenta
Et sabbato quidē
quieverunt secū
✱ dum mandatum
CCCXXXVI.
24, 1 Una autem sabba
ti· uenerunt
ualde tempori
ad monumentū
portantes quae
parauerunt.
2 Et inuenerunt
lapidem reuo
lutum a(d) monu
mentu(m)
3 Ingressae autē

non inuenerunt
corpus
4 Et factum est
dum mente
consternatae
sunt de isto
Et ecce duo uiri
steterunt se
cus illas in ues
te fulgent(es) [i]
CCCXXXVII.
5 Cum timerent
autem et decli
narent uultū
in terram· dixe
runt ad illas
Quid quaeritis
uiuente(s) [m] cum
mortuis (∵)
6 Rememoramini·
qualiter

Luc. CCCXXXV. CCCXXXVI. CCCXXXVII. Mat. CCCXVI. Mar. CCCXXXII. CCCXXXIII. Joh. CCCXXXIIII.

locutus est uobis
cum adhuc gali
7 laeam esset dicens
quia oportet fi
lium hominis
tradi in manus
hominum et cru
cifigi. et die ter
tia resurgere
8 Et rememoratae
sunt verborum
horum
CCCXXXVIII.
9 Et regressae
nuntiauerunt
haec omnia illis
undecim. et ce
teris omnibus
CCCXXXVIII.
10 **Erat autem**
maria :: magda
lenae et iohanna

et maria iacobi
et ceterae qui cū
ipsis fuerant
11 Et apostolis uisū
est pro deleramē
tis uerba ista et
non credebant
illis. ✱
13 Et ecce duo ex illis
ibant in ipsa die
in castellum quod
aberat spatio
stadiorum sexa
ginta ab hierusalē
nomine (a)mmaus [e]
14 et ipsi fabantur [bula] de
his omnibus quae
accederant
15 Et factū est
dum fabulabā
tur

Luc. CCCXXXVIII. CCCXXXVIIII. Mat. CCCXXXIIII. Mar. CCXXXIIII.

Et ipse ihs super
uenit et ibat
cum illis
16 Oculi autem illo
rum teneban
tur ne eum agnos
cerent
17 Et ait ad illos
Qui sunt hii ser
mones quos con
fertis ad inuicē
et trist(e)s [i] estis (∵)
18 **Et respondens**
unus ex ipsis cui
nomen erat cle
opas dixit ei· tu
solus peregrinus
es in hierusalē
non cognouis
ti quae facta
sunt

in illa his diebus (∵)
19 quibus ille dixit
quae· (∵)
dixerunt ei
de ihu naz(o)reo [a n]
qui fuit propheta
potens in ope re
et sermone
coram dō et
omni plebe
20 quo modo tradi
derunt [eū] prin
cipes sacerdo
tum in damnatio
nem mortis. et
cruci eum fixe
runt.
21 nos autem spe
rabimus quia ipse
est salus isl.

Luc. Mat. Mar. Joh.

24, 10. *qui* non corr. ut supra cap. 21, 23. nec v. 14. *accederant.* — In numeris fol. 247 recti deest Johannis non sedes sed nomen.

Et nunc tertia
dies est hodie
quod haec omnia[facta sunt]
22 [sed et] mulieres quaedā
ex nostris ter
ruerunt nos
quae ante luce[m]
fuerunt ad mo
numentum
23 Et non inuento
corpore eius
uenerunt dicen
tes. se etiam ui
sionem angelo
rum uidisse
Qui dicunt eum
uiuere
24 Et abierunt quidā
ex nostris ad
monumentū

et ita inuenerunt
sicut mulieres
dixerunt
Ipsum uero non
uiderunt
25 Et ipse dixit ad illos
O stulti et tardi
corde [ad] credendum
in omnibus
quae locuti sunt
26 prophetae non
ne haec oportu
it pati x[p](R)m et ita
intrare in glo
riam suam
27 Et incipiens a moyse
et omnibus pro
phetis interprę
tans illis in omni
bus scribturis

Luc. Mat. Mar. Joh.

quae de ipso erant
28 Et adpropiaue
runt castellū
quo ibant.
Et ipse dixit se
longius ire
29 Et coegerunt illū
dicentes
Mane nobiscum
quoniam ad ues
perum declina
uit dies et intra
uit cum illis.
30 Et factum est dū
recumbit cum
illis accepit panē
et benedixit et
fregit et porri
gebat illis // // //
31 Et aperti sunt

oculi eorum et
cognouerunt
eum in fractio
ne(m) panis.
Et [in] uisus factus
est illis
32 Et dixerunt ad in
uicem
Nonne cor nostrū
erat optusum
in nobis in uia
Cum aperiret
nobis scribtu
33 ras. et surrexe
runt ipsa hora
Et regressi sunt
in hierusalem
Et inuenerunt
congregatos un
decim et eos

Luc. Mat. Mar. Joh.

qui cum illis erant
34 dicentes quod
surrexit dns
Et uisus est a simone
35 et ips[i](e) narrabant
quae gesta erant
in uia· et quo mo
do cognouerunt
eum in fractio
Ł ne(m) panis. ✱
CCCXL.
36 Dum autem haec
locuntur et ipse
stetit in medio
eorum.
37 Et conturbati
et territi sunt
existimantes
se spm(sp) uidere
38 dixit autem
ad illos

Quid turbati estis
et quare cogita
tiones ascendunt
in corde uestro (·:)
39 Uidete ecce ma
nus meas et pe
des meos quia
ego sum
Ips[i](e) palpate et
uidete quia sps
carnem et ossa
non habet sicut
me uidetis habere
CCCXLI.
41 Adhuc autem illis
non credentibus
et mirantibus
prę gaudio dixit
habetis aliquid
hic manducare (·:).
42 At illi optulerunt ei.

Luc. CCCXL. CCCXLI. Mat. Mar. Joh.

partem pisci[s]
assi et fauum
mellis·
43 Et manducauit
coram ipsis
CCCXLII.
44 Et dixit ad eos
haec sunt uerba
quae locutus sū
ad uos. cum ad
huc essem uo
biscum· quoniā
necesse est sup
pleri omnia quae
scripta sunt //
in lege moys(e)i
et prophetis. et
psalmis de me
45 Tunc aperuit illis
sensum ut intel
legerent ea quae

scripta sunt
46 Et dixit eis
quoniam sic
scriptum est
x[p](R)m pati· et
resurgere
a mortuis
47 Et praedicare
in nomine eius
paenitentiam
et remissionē
peccatorum
in omnibus gen
tibus· incipiens
ab hierosolyma
48 Uos autem estis
testes horum
49 Et ego mitto pro
missionem patris
mei in uos

Luc. CCXLII. Mat. Mar. Joh.

24, 27. *a moysē* pr. m. deinde lineola supra posita a correctore erasa.
39. *ipsi* corr. pr. m.

Uos autem sede
te in ciuitate
quoad usque
induamini uir
tutem ab alto
50 Eduxit autem
eos foras in
bethaniam· et
eleuatis mani
bus suis be
nedixit eos
51 Et factum est
dum benedicit
eos discessit
ab eis. *et ferebatur in cęlū;*
52 Et ipsi regres
si sunt in hie
rusalem cū
gaudio magno
53 Et erant in
templo sem
per laudantes
dm̄· Amen.

EXPLICIT EUAN
GELIUM
SECUN
DUM
LU
CĀ



Pagina versa huius folii tota vacat scriptura nisi quod m. rec. sec. XV. in marg. superiore quasi inscriptionem posuit Joh'es Euāgnelista, id quod pariter factum in fol. 252; et infra hæc recentior etiam manus adscripsit haec

69 6. Jenaro Verona

quae ego sic interpretor ut dicam annum 1569, diem sextum Januarii una cum loco Verona urbe indicatum esse et conicio eo die ibi a Rehdigero emptum codicem esse.

Sed post hoc folium quæ olim sequebantur, plurima damna passa sunt; ac primum quidem aliquot tota perierunt, quæ nouem fuisse suspicor, quippe quibus continerentur et prologus de vita euangelistæ, quem credibile est eum ipsum fuisse, qui legitur cum alibi tum in cod. vetustissimo Amiatino, et capitula parabolarum, qualia supra ante Marci et Lucæ euangelia posita sunt, denique ipsius euangelii versus primi quindecim cum sexti decimi initio; nam quæ deinceps sequuntur, ea continentur primum foliis septem, quæ supra ante fol. 242 interposita esse dixi, deinde reliquis foliis 39, quæ post Lucae finem supersunt, multis illa detrimentis misere affecta, vel olim ortis vel ab infelice eius manu illatis, qui Vratislaviæ codicem resarcire studuit. Neque vero folia illa 39 continuo ordine cohærent sed inter ea exciderunt 6 folia, bis singula post fol. 287 et 294, bis bina post fol. 268 et 293.

16 eius nos omnes
accepimus
Gratia[m] pro gra
tia
17 Quia lex per mosen
data est
Gratia autē
et ueritas per ihm
xpm facta est
VIII.
18 Dm̄ nemo uidit
+hic finit. umquam nisi
unigenitus fili
us qui est in sinu
patris ipse enar
rauit
VIIII.
19 Et hoc est testi
monium Iohannis
quando miserunt
iudaei ab hie
rosolimis
sacerdotes et
leuitas ad eum
ut interroga
rent tu quis
es· (·:·)
20 Et confessus est
et non negauit
quia non sum
ego x(R)s
21 Et interrogaue
runt eum iterū
quid ergo
tu helias es. (·:·)
et dixit non sum
Quid ergo· prophe
ta es tu. (·:·)
et respondit
Non
22 Et dixerunt ei. ergo
quis es· dic nobis

Joh. VIII. VIIII. Mat. CXII. Mar. Luc. CXCIIII.

ut responsum
demus his qui mi
serunt nos *quid dicis de te ipso;*
23 ait·
X.
Ego· úox· cla
mantis in deser
to. dirigite uiâ dñi
sicut dixit esai
as propheta
XI.
24 Et qui missi fuerant
ex pharisaeis
25 interrogaue
runt eum
Quid ergo baptizas
si tu non es xps.
neque helias
neque propheta (·:·)
26 Respondens eis
iohanne[s] dicens.
XII.
Ego quidem baptizo
uos in aqua. medi
us autem uestrū
stat quem uos
nescitis
XIII.
27 Ipse est de quo dice
bam. quoniā
post me uenit
uir. cuius ego non
sum dignus ut
soluam corregiā
calciamenti
28 Haec in bethania
facta sunt trans
iordannen. ubi
erat iohannes
baptizans ///
29 Altera die uidet
iohannes ihm
uenientem
ad se et ait.

Joh. X. XI. XII XIII. Mat. VIII. XI. Mar. II. IIII. Luc. VII. X.

1, 18. In marg. adscriptæ voces *hic finit* ab eadem longobardica manu sunt, quæ alibi sæpius similia adnotavit. vid. infra 8, 12. 11, 46. 12, 20. Luc. 2, 15. 22, 40.
26. *iohannes* corr. pr. m.

ecce agnus dī ecce
qui tollit pecca
ta mundi ✱ hd
37 + Et audierunt eū
duo(decim) discipu
li loquentem · et
secuti sunt ihm
38 Conuersus autē
ihs. et uidens
eos sequentes
se. dicit eis.
39 Quid quaeritis (∴)
qui dixerunt ei
rabbi.
quod dicitur in
terpraetatum
magister
ubi magister
ubi manes (∴)
40 dicit ei^s ihs
Uenite et uidete

30 bp · Hic est de
✱ quo dixi pos me
uenit uir qui
ante me fac
tus est quia
prior me erat;
31 et ego nescie
bam eum sed
ut manifesta
retur ihl prop
terea ueni ego
in aqua bapti
32 zans; Et tes
timonium peri
buit Iohannes di
cens; quia uidi
spm discenden
tē quasi colu
bam de caelo et
mansit super eu
33 Et ego nescieba
eu sed qui misit
me baptizare
in aqua Ille mihi
dixit. super que
uideris spm des
cendentem et
manente super eu
hic est qui bapti
zat in spu sco;
34 Et ego uidi et tes
timoniu perhibui
quia hic est filius di;
35 Altera die iteru
stabat Iohannis
et ex discipulis
36 eius duo: Et respi
ciens ihm ambu
lantem dicit
Ecce agnus di;
+

et uenerunt et
uiderunt ubi
maneret
Et apud eum man
serunt die illo
hora autem erat
quasi decima.
41 Erat autem andreas
frater simonis
petri. unus ex du
obus qui audierant
ab iohanne
et secuti fuerant
ihm.
XCII.
42 Inuenit hic primū
fratrem suum
simonem · et dicit ei.
Inuenimus messiā
quod est inter
praetatum xrs.

Joh. XCII. Mat. CLXVI. Mar. LXXXII. Luc. XCIIII.

43 Et adduxit eum
ad ihm
Intuitus autē
eum ihs dixit
tu es simon fili
us iohannis
tu uocaueris
cephas quod inter
pretatur petrus
XVIII.
44 Incipiebat autē
exire in galileā
Et proficiscens
inuenit philippū
et dicit ei ihs
sequere me
45 erat autem philippus
th
a be(s)saida galilę
ae de ciuitate
e
andr(e) et petri
46 Inuenit philip
pus

nathanael et
dicit ei
quem scripsit
in lege moyses
et prophetae
inuenimus ihm
filium ioseph
a nazareth
47 Et dixit nathanael
a nazareth po
test aliquid boni
esse (∴)
dicit ei philippus
ueni et uide
48 Uidens autem ihs
nathanael ueni
entem ad se di
xit de eo
ecce uere israheli
ta in quo dolus

Joh. XVIII. Mat. Mar. Luc.

non est
49 Dicit ei nathanael
unde me nosti (∴)
Respondit ihs
et dixit
priusquam te phi
lippus uocaret
cum esses sub
fici arbore
uidi te.
50 Respondit ei na
thanael et ait
Rabbi. tu es fili
us dī. tu es rex ihl
51 Respondit ihs
et dixit
quia dixi tibi
uidi te cum es
ses sub arbore
fici. propterea

credis (∴)
maiora horum
uidebis
52 Amen amen dico
uobis. uidebitis
caelum apertum
et angel(ů)s dī des
cendentes. ad fi
lium hominis
II.
2, 1 **Et die tertio nup**
tiae fiebant in
cana galileae et
erat ibi mater
ihu.
2 Fuit autem ihs
et discipuli eius
ad nuptias
3 Et factum est
prae multa(ṁ) tur
ba(ṁ) uoc*a*torum

Joh. Mat. Mar. Luc.

uinum consum
mari
Dicit autem mater
ihu
Uinum non habent
fili (∴)
4 Et dicit ei ihs.
quid mihi et tibi
est mulier non
dum uenit ho
ra mea.
5 Dicit mater eius
ministris ·
Quodcumque
dixerit uobis
ihs facite.
6 Erant autem ibi
hydriae lapideae
positae sex secū
dum purificationē

iudaeorum capi
æ
entes singul(as)
metretas binas
uel ternas
7 Et uocavit ihs mi
nistr(i)s. et dicit eis
implete hydrias
istas aqua.
Et impleuerunt
eas. usque ad
summum.
8 Et dicit eis ihs
haurite nunc
et ferte archi
triclino
Et fecerunt si
cut dixit eis.
9 Ut autem gusta
uit architricli
nus aquam uinū

Joh. Mat. Mar. Luc.

1, 30—36. Locum per errorem oculorum omissum supplevit corrector vetustus.
2, 3. Pro eo quod est *uocatorum* videtur pr. m. scripsisse *uocitorum*.

factum non sci
ebat. unde factū
esset.
Ministri autem
sciebant. qui hau
rierant aquam
quia de aqua uinū
factum est
Uocat autem
sponsum archi
10 triclinus et di
xit ei.
Omnis homo
primum
bonum uinū
ponit.
Et cum inebriati
fuerint.
id. quod dete
rius est.
tu uero seruas
ti bonum uinū
usque hanc horā
11 Hoc initium signo
rum fecit ihs in
cana galileae
et manifestauit
gloriam suam
et crediderunt
in eum discipuli
eius.
XCIIII.
12 Post hunc signū
descendit caphar
naum ipse et ma
ter eius· et fra
tres ipsius. et
ibi manserunt
non multos dies
13 Et prope erat pas
XX.
cha iudaeorum

Joh. XCIIII. XX. Mat. XCIIII. CCLXXIIII. Mar. CLVI. Luc. CCLX.

XXI.
Et ascendit hiero
solimam ihs.
14 et inuenit in tē
plo uendentes
eos boues et oues
et columbas et
nummularios
sedentes
15 Et fecit flagellū
de funiculis
et omnes eicit
de templo
oues et boues
et nummulario
rum effudit
aes. et mensas
eorum euer
tit.
16 Et eis qui colum
bas uendebant
dixit
auferte istas
hinc.
et nolite facere
domum patris
mei. domum
negotiationis.
XXII.
17 Et rememorati
sunt discipuli
eius quia
scriptum est
zelus domus tuae
comedit me.
XXIII.
18 **Responderunt**
ei iudae[i] et dixe
runt ei.
quod signum
ostendis nobis
quia haec facis (∵)
XXIIII.
19 Respondit ihs

Joh. XXI. XXII. Mat. CCXI. LXI. Mar. CXXI. LXXVII. Luc. CCXXXVII.
XXIII. XXIIII.

et dixit eis
Soluite templum
hoc et in tribus
diebus excita
bo illud.
20 Dixerunt ergo
iudaei.
quadraginta et
sex annis
aedificatum
est templum
hoc. et tu in tri
bus diebus aedi
ficabis illu(t[d])
21 Ille autem dicebat
de templo corpo
ris sui.
22 Cum ergo surre
xisset a mortuis
rememorati
sunt discipuli
eius quia hoc
dicebat
Et crediderunt
scripturae et
sermoni quem
dixit ihs
23 **Cum autem es**
set hierosoly
mis in die festo
paschae· multi
crediderunt
in nomine eius
uidentes signa
quae faciebat
24 Ipse autem ihs
non credebat
semet ipsum eis·
eo quod ipse
nosset omnia

Joh. Mat. Mar. Luc.

25 Et quia opus ei
non erat· ut ali
quis testimoni
um perhiberet
de homine
Ipse enim sciebat
quod esset in
homine
3, 1 Erat autem ho
mo ex pharisae
is nomine
nicodaemus
princeps iudae
orum
2 Hic uenit nocte
ad eum· et dixit ei
Rabbi scimus
quia a dō uenisti
magister
Nemo enim potest
haec signa facere
nisi fuerit ds̄
cum illo.
3 Respondit ihs
et dixit
Amen dico tibi
nisi quis natus
fuerit denuo
non potest ui
dere regnum dī
4 dicit ad eum
nicodaemus
quo modo potest
homo nasci cum
sit senes (∵)
Numquit potest
homo in uentrē
matris suae
denuo introire
et renasci (∵)

Joh. Mat. Mar. Luc.

2, 18. *iudaei* corr. eodem colore quo supra numeri Luc. 23, 35.
3, 4. *senes* non corr.

5 Respondit ihs
Amen amen dico
tibi nisi quis
renatus fuerit
ex aqua et spu
non potest in
troire in regnū
dī
6 Quia quod natum
est de carne(m)
carọ est. quia de
carne natus est
et quod natum
est ex spu. sps
est
7 Ne mireris quod
dixerim tibi
oportet uos
nasci denuo
8 Sps ubi uult spirat

et vocem eius au
dis· sed nescis
unde ueniat et
quo uadat.
Sic est omnis qui
natus est ex spu
9 respondit autē
nicodẹmus et
dixit ei
quomodo possunt
haec fieri
10 Respondit ihs
dicens
Tu es magister ihl
et haec ignoras (∵)
11 Amen amen dico
tibi quod scimus
loquimur. et q̆od
uidimus testimo
nium perhibemus

Joh. Mat. Mar. Luc.

et testimonium
nostrum non
accipitis
12 Si terrena dixi et
non creditis· quo
modo si dixero
uobis caelestia
creditis. (∵)
13 Dico enim uobis
nemo ascendit
in caelum· nisi
is qui de caelo des
cendit. filius ho
minis qui est
in caelo.
14 Et sicut moyses
exaltauit ser
pentem in deserto
ita exa(r)tari opor
tet filium hominis

15 Ut omnis qui cre
dit in ipso non
pereat. sed habe
at uitam aeternā
∗ 16 Sic enim dilexit
dš mundum ut
filium suum uni
genitum daret
ut omnis qui cre
dit in eum non pe
reat sed habeat
uitam aeternā
17 Non enim misit
dš filium suum
in hunc mundū
ut iudicet mundū
sed ut saluetur
mundus per eū
18 qui credit in eum
non iudicabitur

Joh. Mat. Mar. Luc.

Qui non credit in
ipsum. iam
iudicatus
est quia non cre
didit unigenito
filio dī
19 Hoc est autem iu
dicium dī. quia
lux uenit in hunc
mundum· et dile
xerunt homines
magis tenebras
quam lucem
Erant enim mala
opera eorum.
20 Omnis enim qui
male agit odit
lucem. et non
uenit ad lu
cem ut non

arguantur ope
ra(ė) eius
21 Qui autem facit
ueritatem ue
nit ad lucem ut
manifestentur
operae eius quia
in dō sunt facta.
III.
22 **Post haec exiit**
ihs et discipuli
eius in iudaeam
terram· et illic
demorabatur cū
eis· et baptizabā
23 tur ab eo. *Erat autē et Iohannis baptizans in enon iuxta salim· quia aquę multę erant illic et ueniebant et baptizabantur·* +
XXVI.
24 + Nondum enim
missus fuerat
in carcerem *iohannes*
XXVII.
25 Facta est ergo
quęstio ex discipulis

Joh. XXVI. XXVII. Mat. XVIII. Mar. VII. Luc.

Iohannis cum
cum iudaeis de
purificatione
26 Et uenerunt ad io
hannen et dixe
runt ei
Rabbi· qui erat te
cum trans iordannē
cui testimonium per
hibuisti. ecce hic bap
tizat. et omnes ueni
unt ad eum.
27 Respondit iohā
nes et dixit
Non potest ho
mo accipere
quicquam· nisi
fuerit ei datū
de caelo
XXVIII.
28 Ipsi uos mihi testi
moniū

perhibetis quod
dixi· quia
non sum
xps· sed quia missus
sum ante eum.
XXVIIII.
29 Qui(a) habebat spon
sam sponsus est.
Amicus autem spō
si qui stat et au
dit eum· gaudio
gaudet propter
uocem sponsi
Hoc ergo gaudium me
um impletum est
30 illum oportet cres
cere me autem
minui.
31 Qui enim de sursū
uenit supra
omnes est

Joh. XXVIII. XXVIIII. Mat. XI. Mar. IIII. Luc. X. P.

Qui autem de ter
ra est. de terra
loquitur·
qui de caelo uenit
32 quod uidit et au
diuit. testimoniū
perhibet. et tes
timonium eius
nemo accipit.
33 qui enim accipit
testimonium
eius· signauit
quia ds uerax est.
34 quem enim misit
ds· uerba [dī] loqui
tur
non enim ad mē
suram dat spm.
XXX.
35 Pater diligit filiū
et omnia dedit

in manu(m) eius.
XXXI.
36 Qui enim credit in
filium· habet ui
tam aeternam
Qui non credit fi
lium non uidebit
uitam· sed ira dī
manet super illū
4, 1 Ut ergo cognouit
ihs· quia audierunt
pharisei· quod
ihs plures discipu
los facit· et bapti
zat magis quam
2 iohannes. quam
quam ipse ihs non
baptizaret· sed
XXXII.
3 discipuli eius. re
liquid iudeam
terram. et abiit

Joh. XXX. XXXI. XXXII. Mat. CXI. CVIIII. Mar. Luc. CXVIIII.

iterum in galileā
4 oportebat autē
XXXIII.
eum· transire
per samariam
✱ 5 Uenit autem in ci
uitatem samariæ
qu(i)[e] dicitur sy
char· iuxta agrū
quem dedit iacob
ioseph filio suo.
6 Erat autem ibi
puteus iacob.
Ihs ergo faticatus
ex itinere· sede
bat super puteū
hora erat fere
sexta.
7 Et uenit mulier
samaritana
haurire aquam

et dicit ei ihs
da mihi bibere
8 discipuli enim eius
abierant in ciui
tatem· ut cibos
emerent.
9 Dicit ergo mulier
illa samaritana·
Tu cum sis iudaeus
quomodo a me bi
bere petis. cum
sim mulier sa
maritana. (·:)
Non enim // commu
nicant iudaei. cū
samaritanis.
10 et respondit ihs
et dixit ei.
Si scires donum
dī· et quis est

Joh. XXXIII. Mat. Mar. Luc.

qui dicet tibi
da mihi bibere
tu magis petis
ses (h)ab eo· et de
disset tibi aquā
uiuam.
11 Dicit ei mulier·
dne· neque hau
ritorium [h]abes
et puteus altus
est. unde habes aq̌ā
uiuam dare mihi (·:)
12 Numqui[d] tu ma
ior es patre nos
tro iacob. qui
ipse dedit nobis
hunc puteum
et ipse ex eo bibit
et fili[i](us) eius. et
pueri eius· et pecora

eius. (·:)
13 Respondit ihs et
dixit ei.
Omnis qui biberit
ex hac aqua· sitiet
iterum.
14 qui autem biberit
ex aqua· quam
ego dedero ei.
fiet in eo· fons
aquae salientis
in uitam aeter
nam.
15 dicit ad eu[m] muli
er.
dne. da mihi hanc
aquam· ut non
sitiam· neque
iam ueniam hic
aurire

Joh. Mat. Mar. Luc.

16 Dicit ei ihs
uade uoca uirū tu
um· et ueni h([u]o)c
17 Respondit mu
lier. et dixit ei.
non habeo uirū
dicit ei ihs.
Bene dixisti quia
uirum non ha
bes.
18 Quinque
enī uiros habu
isti.
Et nunc quem
habes non est
uir tuus.
Hoc uer(b)um dixisti.
19 dicit ei mulier
dne· uideo quia
propheta es

20 patres nostri
in monte hoc ad
ora(r)uerunt.
Et uos dicitis
quia hierosoly
ma est locus
ubi adorant.
21 Dicit ei ihs.
crede mihi mu
lier qui[a] ueniet
hora· quan
do neque in mon
te hoc· neque
in hierosolylimis
adorabitis· pa
trem.
22 Uos adoratis quod
nescitis.
Nos adoramus
quod scimus·

Joh. Mat. Mar. Luc.

4, 5. Stellae signum in marg. stilo adumbratum.
21. *quia* corr. pr. m. *hierosolylimis* non corr.

quia salus ex iu
daeis est.
23 Sed ueniet hora
et nunc est. quā
do ueri adora
tores· adora(ue)
[b](r)unt patrem.
in spu et ueritate.
nam et pater
tales quaerit.
qui adorant eum
24 Sps est ds·
adorantes eum
in spu et ueritate·
oportet adorare.
25 dicit ei mulier
Scio quia messi
as uenturus est
qui dicitur xps.
Cum ergo uenerit

ille nobis adnun
tiauit omnia.
26 Dicit ei ihs.
ego sum. qui lo
quor tecum.
27 Et continuo ue
nerunt discipu
li eius· et mirabā
tur· quia cum
muliere loque
retur.
Nemo tamen di
xit quid quaeris
aut quid loque
ris cum ea.
28 Reliquit ergo mu
lier hydriam
suam et abiit in
ciuitatem· et di
xit hominibus

Joh. Mat. Mar. Luc.

29 uenite et uidete
hominem qui di
xit mihi omnia
quęcumque feci.
Numquid ipse est
xps. (∵)
30 Exierunt ergo
de ciuitate. et
ueniebant ad eū
31 **Inter**(ea)**rogabant**
eum discipuli
dicentes.
Rabbi· manduca
32 ille autem dixit
eis.
Ego escam habeo
manducare·
qu([a]e)m uos nesci
tis.
33 Dicebant ergo

discipuli ad al
terutrum
Numquid attu
lit ei aliquis mā
ducare. (∵)
34 dicit ihs
mea esca est. ut
faciam uolun
tatem eius qui
misit me patris.
ut et perficiam
opus eius.
35 nonne uos dici
tis. quod inter
quattuor men
ses. messis ueni
et.
Et ecce dico uo
bis leuate oculos
uestros [et] uidete

Joh. Mat. Mar. Luc.

regiones quia al
bae sunt ad mes
sem.
36 Iam qui metit.
mercedem acci
pit. et congre
gat fructum in
aeternam uitā
Nam ut et qui se
minat. simul gau
deat. et q̃i metit
37 In hoc est enim
uerbum uerita
tis. quia alius
est. qui serit et
alius qui metit
38 ego misi uos me
tere in quod uos
non laborastis
alii laborauerunt

Et uos in laborē
ipsorum introistis·
39 **De ciuitate autē**
illa· multi credi
derunt in eum.
samaritanorū
propter uerbū
mulieris. testi
monium perhi
bentis. quoniā
dixit mihi omnia
quae feci.
40 Cum uenissent er
go ad illum sama
ritani. rogaue
runt eum ut ibi
maneret.
Et mansit ibi biduo
41 et multo plures
crediderunt

Joh. Mat. Mar. Luc.

propter sermo
nem eius.
42 Mulieri autem
dicebant·
quia iam non
propter tuum
testimonium
credidimus
ipsi enim nos
audiuimus. quia
hic est. uere sa
lus mundi.
XXXIIII.
43 **Post duos autē**
dies. exiit inde
in galilaeam
XXXV.
44 Ipse enim ihs· tes
timonium per
hibuit· quia pro
pheta in sua pa
tria honorem

non habet.
XXXVI.
45 Cum ergo uenit
in galilęam. ex
ceperunt eum
galilaei. cum
omnia uidissent
quę fecit hie
rosolymis in die
festo.
Et ipse enim ue
nerat in diem
festum
46 uenit ergo iterū
in diem festum
in galilaeam ubi
fecit aquam uinū
XXXVII.
Erat autem qui
dam regulus cu
ius filius infirma
batur capharnaū.

Joh. XXXXIIII. XXXXV. XXXVI. XXXVII. Mat. XVIIII. XLII. LXIIII. Mar. L. Luc. XXI. LXV.

47 hi cum audisset
quia ihs uenit de
iudaea(m) in gali
laeam. uenit ad
eum. et rogabat
ut descenderet
et sanaret fili
um eius.
Incipiebat enim
mori.
48 Dixit ergo ihs ad
eum.
Nisi signa et pro
digia uideritis
non creditis. (·:)
49 Dicit ad eum re
gulus.
Dne· descende
priusquam mo
riatur puer

50 dicit ei ihs.
uade filius tuus
uiuit.
Credidit homo
ille sermonem
quem dixit ihs
et abiit.
51 Iam autem descē
dente eo. serui
occurrerunt ei.
et nuntiauerunt
dicentes. [quia] Filius
eius uiuit.
52 Interrogauit au
tem ab eis. in qua
hora melius habuit.
et dixerunt ei.
quia hesterna
die hora septima
dimisit eū febris.

Joh. Mat. Mar. Luc.

53 Cognouit ergo
pater. quia illa
hora [erat] qua dixit
ei ihs. quod filius
tuus uiuit.
et credidit ipse
et domus eius
tota
V.
54 Hoc iterum secū
dum signum fe
cit ihs· cum uenis
set a iudaea in
galilaeam.
XXXVIII.
5. 1 Post haec erat
dies festus iudae
orum· et ascen
dit ihs hieroso
lymis.
2 Est autem hieroso
lymis natatoria

quae dicitur he
breice betzata·
quinque porti
cus habens.
3 In h(i)is iaceba(n)t
multitudo lan
guentium.
Caecorum. clau
dorum. arido
rum. paralytico
rum. spectanti
um aquae motum
5 Erat autem homo
ibi triginta octo
annos habens.
in infirmitate
sua.
6 Hunc cum uidisset
ihs iacentem.
cognouit quia

Joh. XXXVIII. Mat. LXX. Mar. XX. Luc. XXXVII.

iam copiosum
tempus haberet
in languore suo.
dicit ei.
uis sanus fieri. (·:)
7 Respondit ei· ille
infirmus.
dne· hominem
non habeo· ut
cum turbata fue
rit aqua· mit
tat me in pisci
nam.
Dum uenio enim
ego. alius ante
me descendet.
8 dicit ei ihs.
Surge tolle gra
battum tuum
et ambula.

9 et sanus factus
est ille homo.
et sustulit graba(t)
tum suum. et
ambulabat
Erat autem sab
batum in illa die.
10 dicebāt autem
iudaei.
Sabbatum est.
et non licet tibi
tollere graba(t)
tum tuum.
XXXVIIII.
11 Respondit eis.
qui me fecit sanū
ipse mihi dixit. tol
le graba(t)tum tu
um et ambula.
12 interrogauerunt
eum. quis est ille

Joh. XXXVIIII. Mat. Mar. Luc.

homo qui dixit
tibi tolle graba(t)
tum tuum et am
bula. (·:)
13 Is autem· qui lan
guidus fuerat
non sciebat quis
esset ihs.
quia declinauit
ipse a turba(s) cō
stituta in illo loco.
14 Et postea inuenit
eum ihs in templo
et dixit illi.
Ecce sanus factus
es. iam noli pecca
re. ne quid tibi
deterius fiat.
15 Abiit ille homo et
nuntiauit iudaeis.

quia ihs est· qui
fecit me sanum
16 Propterea per
sequa*ban*tur
iudaei ihm. quia
haec faciebat
in sabbato
17 ihs autem respō
dit eis dicens.
pater meus usqꝫ
adhuc operatur
et ego operor
18 propterea magis
quaerebant eū
interficere iu
daei. quia non solū
solueba(n)t sabbatū
sed et quod pa
trem suum dice
bat dm̄ aequalē.

Joh. Mat. Mar. Luc.

5, 4. Totus versus deest.
16. *persequabantur* ex corr. pr. m. videlicet scriptum fuerat antea *persequantur*, in quo corrigendo non satis attentus fuit librarius.

se faciens dō.
19 Respondit ihs et
dixit eis.
Amen amen dico
uobis. non potest
filius facere
a se quicquam
nisi quod uide
rit patrem fa
cientem.
Quaecumque enī
ille facit. haec
et filius facit
similiter.
20 Pater enim dili
git filium· et om
nia demonstrat
ei. quae ipse facit.
et maiora horum
demonstrauit

ei opera· ut uos
admiremini.
21 Sicut enim pater
suscitat mortu
os et uiuificat
sic et filius quos
uult uiuificat.
22 Neque enim pater
iudicat quemquā
sed iudicio omne
dedit filio.
23 Ut omnes hono
rificent filiū
sicut honorifi
cant patrem.
XL.
Qui non honorifi
cat filium. non
honorificat patrē.
qui misit illum
LI.
24 Amen amen dico

Joh. Mat. Mar. Luc.

uobis. quia is qui
uerbum meum
audit· et credit
ei qui misit me·
habet uitam ae
ternam.
Et in iudicium eius
non ueniet. sed
transiet a morte(m)
in uitam aeternā.
25 Amen amen dico
uobis. quia uenit
hora. et nunc est
quando audient
mortui uocem
fili dī. et cum au
dierint uiuent
26 sicut enim pater
habet uitam in
semet ipso· sic et

filio dedit habe
re uitam. in semet
27 ipso. et potesta
tem dedit ei. iu
dicium facere.
quia filius homi
nis est.
28 dico enim uobis
nolite mirari
hoc. quia uenit
hora· in quo om
nes qui in monu
mentis sunt.
audient uocem
29 eius et prodient.
qui bona gesserunt
in resurrectio
nem uitae.
qui autem iniqua
gesserunt· in

Joh. Mat. Mar. Luc.

resurrectionem
iudicii.
30 non enim possum
ego a me ipso fa
cere quidquā.
Sicut enim audio
iudico. et iudici
um meum iustū
est.
XLII.
Quia non quaero
uoluntatem meā
sed uoluntatē
eius qui misit me
patris.
XLIII.
31 Si e//go testimoniū
perhibeo de me
ipso. testimoniū
meum. non est
uerum.
32 Est qui testim°niū

perhibet de me. *et*
scio quia uerū est testimoniū quod perhibet de me;
33 uos ipsi misistis ad
iohannen. et tes
timonium perhi
buit ueritati.
34 Ego autem non
ab homine testi
monium accipio.
Sed haec dico· ut
uos salui sitis.
35 ille enim erat lu
cerna ardens
et lucens. uos au
tem uoluistis·
exultare ad horā
in lumine eius.
36 Ego autem habeo
testimonium.
maius iohanne.
Opera enim quae

Joh. XLII. XLIII. Mat. CCXCV. Mar. CLXXVI. Luc. CCLXXXII.

dedit mihi pater
ut perficiam ea.
ipsa opera testi
monium perhi
bent de me. quia
pater me misit.
37 et qui misit me
pater· ipse testi
monium perhi
bet de me.
XLIIII.
Neque uocem eius
umquam audis
tis. neque effigiē
XLV.
38 eius uidistis. et
uerbum eius·
non habetis in uo
bis manentem.
quia quem misit
ille· huic uos non
creditis.

39 Scrutamini scrib
turas. quia uos
putatis in ipsis
uitam aeternam
habere.
Et illae sunt quae
testimonium
perhibent de me
40 Et non uultis ue
nire ad me. ut ui
tam habeatis.
41 Honorem ab ho
minibus non ac
cipio.
42 Sed cognoui uos.
quia dilectionē·
dī· non habetis
in uobis ipsis.
43 Ego ueni in nomi
ne patris mei

Joh. XLIIII. XLV. Mat. Mar. XI. Luc. CCLXV.

5, 22. *iudicio* non corr.
28. *in quo* non corr.
31. *ego* haud dubie fuit *ergo*.

Et non accepitis
me
Si alius uenerit
in nomine suo
illum accipietis
44 Quo modo potes
tis uos credere
gloriam ab inui
cem accipientes
et gloriam a solo
dō non quae
rentes (∵)
45 Nolite ergo puta
re quia ego ac
cuso uos apud
patrem
Est qui accuset
uos moyses
in quem uos
speratis

46 Si enim crederi
tis moysi for
sitan et mihi
De me enim ille
scripsit
47 Nam si illius litte
ris non creditis
quomodo uerbis
meis creditis (∵)
VI.
XLVI.
6, 1 **Post haec abiit**
ihs trans mare
galileae illius
tiberiadis.
2 Sequebatur autē
eum multitudo
quia uidebant
signa quae faciebat
in his qui infirma
bantur.
XLVII.
3. Abiit ergo in montē

Joh. XLIIII. XLV. Mat. CXII. Mar. CXVIIII. Luc. CXVIII.

ihs et ibi sedebat
cum discipulis
suis
XLVIII.
4 Erat autem pro
ximum pascha
dies festus iudę
orum
XLVIIII.
5 Cum eleuasset er
go oculos suos
ihs et uidisset
quia multitudo
maxima uenit
ad eum. dicit ad
philippum.
Unde ememus
panes ut mandu
cent hi[i] (∵)
6 Hoc autem dicebat
temptans eum
ipse enim sciebat

quod esset fac
turus.
7 Respondit ei
philippus
Duo centis dena
riis non suffi
ciunt eis panes
ut unus quisque
modicum accipiat
8 Dicit ei unus ex dis
cipulis eius· an
dreas frater
simonis petri
9 Est hic puer qui
habet quinque
panes hordiacios
et duos pis
ces·
Sed haec quid sunt
in tantos homines (∵)

Joh. XLVIII. XLVIIII. Mat. CCLXXIII. CXLIIII. Mar. CLVI. CLXIII. Luc. CCLX. XLIII.

5, 43. *accepitis* non corr. 46. *crederitis* non corr.

10 Dixit ergo ihs
facite homines
discumbere
Erat enim faenū
plurimum in illo
loco
Discubuerunt
ergo uiri nume
ṙo quasi quinq̃e
milia
11 Accepit ergo pa
nes ihs. et cum
gratias egisset
distribuit discū
bentibus
Similiter et de pis
cibus quantum
uolebant
12 Ut autem repleti
sunt· dicit discipulis

suis
Colligite quae
superauerunt
fracmentorum ne
quid ex illis pereat
13 Collegerunt ergo
et impleuerunt
duodecim cophi
nos fracmentorū
ex illis quinque pa
nibus hordiaci[i]s
quae superfue
rant his qui man
ducauerant.
L.
14 Illi ergo homi
nes // // *cum* // uidis
sent signum
quod fecit di
cebant
quia hic est uere

Joh. Mat. Mar. Luc.

propheta qui
in hunc mundū
uenit
15 **Ihs ergo cum cog**
nouisset quia in
cipiunt uenire
et rapere eum
ut faciant eum
LI.
regem. Fugit
iterum in montē
solus.
16 Ut autem sero fac
tum est discen
derunt discipu
li eius ad mare
17 Et cum ascendis
sent in nauem
ueniebant trans
mare capharnaū
Et tenebrae iam

factae erant
et nondum ue
nerat ad eos ihs
18 mare autem uen
to magno flante
exsurgebat
19 Cum remigassent
ergo quasi stadia
uiginti quinque
uel triginta ui
dent ihm ambu
lantem super
mare
et proximum
naui fieri et
timuerunt.
20 ille autem dixit
eis
Nolite timere
ego sum.

Joh. LI. Mat. Mar. Luc.

21 Uoluerunt ergo
accipere eum in
naui. et statim
fuit nauis ad ter
ram in qua ibant
LII.
22. Altera die turba
quae stabat trans
mare. uiderunt
quoniam naui
cula alia· non
erat ibi nisi una
et quia non fue
rat simul cum
discipulis suis
ihs in nauem.
sed soli discipu
23 li eius. aliae uero
superuenerunt
i
naues a t(e)beria
de. iuxta locū

ubi manducaue
runt panem
quem benedi
xerat dns.
24 Cum ergo uidis
set turba quia
ihs non est ibi
neque discipuli
eius. acceperunt
sibi confestim
nauiculas. et ue
nerunt caphar
naum. quaeren
tes ihm
25 Et cum inuenis
sent eum trans
mare. dixerunt ei.
Rabbi quando hic
uenisti (∵)
26 Respondit eis ihs

Joh. LII. Mat. Mar. Luc.

et dixit
Amen amen dico
uobis quaeritis
me· non quia uidis
tis signa. sed qia
manducastis ex
panibus et satu
rati estis.
pe
27 Oramini· non escā
quae perit. sed
quae permanet
in uitam aeternâ
quam filius ho
minis dabit uobis
Hunc enim pater
signauit ds
28 Dixerunt ergo
ad eum
Quid faciemus ut
operemur opera dī. (∵)

29 Respondit ihs
et dixit eis.
Hoc est opus dī ut
credatis in eum
quem misit ille
LIII.
30 Dixerunt ergo ei
quod signum
ostendis. ut ui
deamus et cre
damus tibi quid
operaris. (∵)
LIIII.
31 Patres nostri
manducauerunt
mannam in de
serto. sicut est
scriptum
Panem de caelo
dedit eis man
ducare
er go 32 Dixit eis ihs

Joh. LIII. LIIII. Mat. CLXI. Mar. CLXV. CLXXVI. Luc. CCLXIII. CCLXXXII.

+ 61 quia murmura
bant discipuli
eius. dixit eis
hoc uos scanda
lizat.
LXVIIII.
62 Quid cum uideri
tis filium homi
nis ascendentē
ubi prius erat (∵)
LXX.
63 Sps est qui uiui
ficat
nam caro non pro
de est quidquam
LXXI.
Uerba quae ego
locutus sum uo
bis· sps et uita est.
64 Sed sunt ex uobis
quidam qui non
credunt
LXXII.
Sciebat enim

ab initio qui es
sent non credē
tes et quis esset
traditurus eum
LXXIII.
65 Et dicebat
propterea dixi
uobis quia nemo
potest uenire
ad me nisi fue
rit ei datum de
sursum a patre
66 Ex hoc ergo multi
discipuli eius
abierunt retro
et iam non cum
illo ambolabant
67 Dixit ergo ihs illis
duodecim disci
pulis
Numquid et uos

Joh. LXVIIII. LXX. LXXI. LXXII. LXXII.. Mat. CCXC. CCXC. CCLXXXVIIII. CXCI. CLXXVIII. CXI. Luc.

uultis discedere (∵)
LXXIIII.
68 Respondit ergo
simon petrus
dne ad quem
ibimus (∵)
Uerba uitae aeter
69 nae habes. et nos
credimus et cog
nouimus quia
tu es xps filius di
70 Et respondit ihs
Nonne ego duo
decim uos elegi
et ex uobis unus
diabolus est
71 dicebat autē de iu
da scariothe. hic
enim eum traditu
rus erat. cū esset unus
de duodecim

VIIII.
7, 1 Post haec ambula
uat ihs in galile
am. non enim
habebat potes
tatem in iudaeā
ambulandi quia
quaerebant eum
iudaei interfi
cere
2 Erat autem in proxi
mo dies festus
iudaeorum
scenopegia
3 Dixerunt autem
ad eum fratres
eius. Transi hinc
et uade in iudęam
ut et discipuli tui
uideant opera
4 *tua* quae facis; *nemo enim in occulto quid*
facit et q:rit ipse in pala esse; si hęc facis

Joh. LXXIIII. Mat. CLXVI. Mar. LXXII. Luc. XCIIII.

Post fol. 268 exciderunt in cod. folia duo, quæ fuerunt fasciculi media.
In fol. 269 pag. recta ob læsum marginem inferiorem in postremo Joh. numero LXXIII absumpta est lineola extrema; deinde Marci nomen ipse librarius omisit. In pag. versa ad v. 68 numerus in marg. adscriptus est non rubro colore sed eadem ut videtur manu qua reliqui numeri.

Manifesta te
ipsum huic
mundo
5 Neque enim fra
tres eius tunc
credebant in eū
6 Dicit ergo eis ihs
Tempus meum
nondum adue
nit
Tempus autem
uestrum sē
per est para
7 tum. Non potest
hic mundu(m) [s]
odisse uos.
me autem odit
quia ego testi
monium perhi
beo de ill(um) [o]

quia opera eius
malae sunt
8 Uos ascendite ad
diem festum istū
ego non ascendo ad diem festū istū
quia meum tem
pus nondum
impletum est
9 Haec cum dixisset
ipse mansit in
galileam
10 Ut autem ascen
derunt fratres
eius. tunc ipse
ascendit ad diē
festum
Non manifeste
sed quasi in occulto
11 Iudaei ergo quae
rebant eum in die
festo et dicebant

Joh.	Mat.	Mar.	Luc.

ubi est ille (∴)
12 et murmur de
illo erat in turba
quidam enim dice
bant quia bo
nus est
Alii autem dice
bant non
sed seducit tur
bam
13 Nemo tamen
palam loqueba
tur de illo prop
ter metum
iudaeorum.
14 Iam die festo me
diante ascendit
ihs in templum
et docebat
15 mirabantur ergo

iudaei dicentes
quomodo hic litte
ras nouit cum
non didicerit (∴)
16 Respondit eis ihs
et dixit
Mea doctrina
non est mea
sed eius qui me
misit patris.
17 Si quis uoluerit uo
luntatem
eius facere
cognoscet de doctri
na hac utrum ex dō
est. an ego a me
ipso loquor
18 qui a semet ipso
loquitur gloriā
suam propriam

Joh.	Mat.	Mar.	Luc.

quaerit
Qui autem quae
rit gloriam eius
qui misit ille ue
rax est. et iniqui
tas in illo non est
19 Nonne moyses
dedit uobis legē
et nemo ex uobis
facit legem
quid me quaeritis
interficere (∴)
20 Respondit turba
et dixit ei
Daemonium habes
quis te quaerit in
terficere (∴)
21 Respondit ihs
et dixit
Unum opus feci

Et omnes mira
mini
22 propterea moyses
dedit uobis cir
cumcisionem
non quia ex moysē
est sed ex pa
tribus
Et in sabbato
circumciditis
hominem
23 Si circumcisionē
accepit in sabba
to homo ut non
soluatur lex
moys(e)i. mihi in
dignamini quia
totum hominem
sanum feci [in] sab
bato (∴)

Joh.	Mat.	Mar.	Luc.

24 Nolite iudicare
secundum faci
em. sed iustū
iudicium iu
diçate
25 Dicebant ergo
quidam ex iu
daeis.
nonne hic est
quem quaerunt
26 interficere et
ecce palam lo
quitur. et nihil
ei dicunt.
Numquid forte
uere cognoue
runt principes
quia hic est xps (:,)
27 Sed hunc scimus
unde sit

xps autem cum
uenerit nemo
scit unde sit
28 Clamabat ergo
ihs in templo
